CONSILIORUM

SIVE

RESPONSORVM IVRIS, A REVERENDO DOMINO, ET VTRIVSQVE IVRIS DOCTORE CLARISSIMO, IACOBO HEINRICHMANNO, Cathedralis Ecclesiæ Augustensis Canonico, necnon Illustriss. ac Reuerendiss. Cardinalis & Episcopi Augustani Vicario in spiritualibus generali &c. partim editorum, partim collectorum, & post obitum ipsius nunc primùm in lucem emissorum,

APPENDIX.

Cum Summarijs: & Indice rerum & sententiarum.

INDEX QVARTI TOMI, SIVE APPENDICIS, CIRCA QVEM MONENDVS LECTOR, VT MAGIS AD IPSA

iuris Argumenta & materias, quàm ad Summaria seu Indicem respicere velit, cùm ratione impensarum, operisq́ in medio prelo constituti, emendatio integra iam esse desijsset.

A.

B.

C.

E.

F.

H.

I.

O.

P.

THEMA.

THEMA
CONSILII PRIMI.

De saluo conductu limitato. An dans securitatem teneatur damnificato ad refusionem damnorum, sibi per Raptores illatorum &c.

SVMMARIA.

1 An Episcopus, dans saluum conductum, teneatur dato repouere damna ex proprio aut alieno facto.
2 Statutum, imponens pœnam corporalem pro delicto alterius, non valet.
3 Scientia, non ignorantia obligat.
4 Contractus vnde vim suam accipiant.
5 Pacta, facta in vno, non possunt porrigi ad aliud, propter tenorem verborum, in ijs appositorum, à quibus non est recedendum.
6 Qui Epistolam recipit, an ad omnia, quæ in ea sunt contenta teneatur.
7 Quis Iure culpæ reus dici possit.
8 Aggressura Latronum inter quos casus numeretur.
9 Ex non vsu quando iudicetur consuetudo.
10 An recipiens pædagia, teneatur ad emendationem damni dati.
11 Iudex an teneatur subuenire læso.
12 An Dominus, non recipiens Guidagium pro saluo conductu, teneatur ad emendationem dati damni.
13 Contractus innominatus, regulatur secundum naturam contractuũ nominatorum.
14 An obligatus ad custodiam, teneatur probare diligentiam.
15 Præses cur aliquis dicatur.
16 Territorium vnde.
17 Subditorum appellatione etiam continentur Vasalli, ita vt ipsi æquiparētur Libertis.
18 An Episcopus, mortuo vasallo sine hæredibus, vendicationem sibi reseruare possit.
19 An pater teneatur pro delicto filiorum.
20 Ignorans dicitur negligens.
21 Iusta ignorantia quæ.
22 An Episcopus teneatur de culpa Officialis sui.
23 Quid fiat turpiter.
24 Expressio eorum, quæ tacitè insunt, an aliquid operentur.
25 Tuitio an sit Ius indiuiduum.
26 Quæ inducuntur ad publicam vtilitatem, pactionibus tolli non possunt.
27 Per sensum subauditum debemus excludere correctionem Iuris.
28 An, quando Dominus assecurans exprimit mensuram assecurationis, ei mensuræ quis teneatur stare.
29 Securitatum genera quotuplicia sint.
30 An ij, quos Senatus hostes iudicat, sint populi Romani hostes, & quos Cōmune aliquod iudicat, hostes sint Ciuitatis.
31 An ij, qui apud hostes sunt, testari possint.
32 Hostes quotuplices sint.
33 Quos paritas necit, non sunt, quo ad Iuris dispositionem, separandi.
34 Quot requirantur, vt Dominus conuenirī non possit.
35 An declaratoria voluntatis protestatio habeat effectũ in his, quæ aliter sunt decisa.
36 Protestatio quando aliquid operetur.
37 Tacens, quando habeatur pro cōsentiente.
38 Consensus quid sit.
39 Quando præsumatur consensus ex taciturnitate.
40 Facilitas veniæ est incontinuum delinquendi.
41 An quis teneatur de casu, si culpa præcedit.
42 Iudex ex præsumptione iudicare non potest.
43 An delictum Officialis puniat Dominum.
44 Vtrum aliquis teneatur maiorem præstare diligentiam in suis, an alienis.
45 Casus fortuitus quid sit.
46 Non entia, non habent materiam neque formam.
47 Consuetudo cōtra honestatem an valeat.

CONSILIVM PRIMVM.

IN nomine Domini, Amen. Quidam Negociator, in reditu ex nundinis autumnalibus cuiusdam Ciuitatis, Anni, &c. latrocinia, prædationes & incursiones, quæ tunc crebrò fiebant, metuens, ab Officiali siue Guidario reuerendissimi Episcopi Ciuitatis B. illius loci & Territorij Domini, saluum conductum petijt: quem, numerato solito guidagio, ipse Officialis, nomine præfati Domini Facti species.

Episcopi, promisit, data charta securitatis, quæ continebat rectam, & sine fraude securitatem, ipsi Negociatori ab Episcopo, pro se & suis, quorum potens esset, datam, vulgò: **In seiner Gnaden Stätten für menigklich/ vnnd in seiner Gnaden Land vnd gebiet für sein Gnaden vnd die seinen / deren sein Gnad vngefehrlich mächtig ist.** Cui securitati confisus Negociator, itineri se cómisit: in quo statim à Prædonibus (nulla ratione habita præsentis & pfessæ securitatis, in quam spem omnem salutis locauerat, cuiusq; fiducia se viæ publicæ, tritæq; crediderat) in ipsa via publica, non longè à Ciuitate & residentia Episcopali, interceptus, deprædatus & abductus est: ablatis duobus equis, certaq; pecuniæ summa. Proinde in carceres coniectus, manibus pedibusq; vinctus, quinque mensium spacio illic captiuus retentus, pro redemptione corporis mille & quingentos aureos cum versura soluere coactus est: necnon sumptus, quos fecit in carcere, luere. vt præter hoc, quòd per diutinam illam, & crudelissimam captiuitatem bona valetudine exciderit, labefactataq; sit eius apud socios Mercatores & Creditores ex tanta iactura fides, & ad extremam penè inopiam sit redactus. Id quod acta & testium dicta clarius docent.

Nunc in controuersiam venit, an Dominus Episcopus ciuitatis B. in cuius Territorio & districtu Negociator, illa cum mensura assecuratus, in prædones impegit, iacturamq; fecit, de iure ad damna reponenda teneatur.

Cuius cótrouersiæ cardo facilè explicari potest, si vtriusq; partis præcipua argumenta ob oculos fuerint posita: Veritas enim quærendo, opponendo & disputando melius & facilius reperitur: vt voluit Inno. in c. Venerabilem, in verbo Impetrare, De excep. Ex quibus argumentis, vtrinq; collatis, iusto & æquo cuiq; Iudici obuium erit veritatis iudicium. Quarè primo nunc loco Episcopi fundamenta bona fide tractabuntur: deinde Actoris: postremo collectæ ab Episcopo rationes eleuabuntur.

Prima oppositio.

1 PRimò, Quòd Episcopus ad damna reponenda cogi non possit, hoc modo deducitur: Si teneretur aut ex alieno, aut suo facto. Non hoc: siquidem nec per se, nec suos, nec suo mandato, iussu vel voluntate istud maleficium vel rapinam accidisse constat: nec videtur, quòd eo nomine experiatur Actor: Sed quòd in Episcopi Territorio & districtu, contra ius securitatis & salui conductus, cuius fiducia corpus & bona itineri cómiserat, illata sibi vis sit, improbumq; furtū rerū & corporis commissum. Nec illud, cum Iuris vulgatissima regula: Neminem alieno odio, vel culpa, vel delicto debere prægrauari. Vnde sumpta vulgò trita regula, Non debet aliquis, &c. in vj. Ad quam regulam addit Iason in l. Si quis. §. Legis autem. C. de inoff. test. sex decisiones, huic proposito valde congruas, per quas ostendit, alium pro alio non teneri: ideoq; malè facere Potestates, quæ puniunt totam Contratam pro aliquo delinquente. Ludo. Roma. in Consi. 487. Ita etiamnum iniquū videri posset, si Dominus Episcopus, pro facto & delicto publicorū hostiū, ad rerum ablatarum, & damni dati restitutionem vrgeretur, contra id, quod dicitur in §. Qui verò, Auten. Vt nul. iud. coll. 9. ibi. Crimina quæuis, in Prouincijs cómissa, secundum leges vindicari, & peccantes teneri, non alios pro alijs. Denique Bald. & Saly. copiosè in Rubric. C. Res inter alios acta, declarantes, tam in Ci-
2 uilibus quàm criminalibus alium pro alio non teneri: nec valere Statutum, imponens pœnam corporalē pro delicto alterius: pro quo bonus Tex. in l. Sancimus. C. de pœnis.

Secunda oppositio.

ITem videtur Dominum Territorij ita demum culpæ reum dici posse, atq; adeò facta robaria per extraneum teneri ad restitutionem, si sciens fuerit, non aliter.
3 Bar. in terminis post glo. l. Ne quid. ff. de incen. rui. nauf. Scientiam enim non ignoran-

ignorantiam volumus obligare, dixit Imperator in l. generali. C. de tabu. Scribis. lib. 10. Vel si in potestate Domini fuerit, hostibus, prædonibus, & malefactoribus resistere, nec tamen resistit. Tunc iterum dici posset, eum ad reponenda damna teneri, non aliter. Bonus Tex. in l. 1. §. Occisorum. ibi in ter. Bart. & §. Eodem autem tecto, & §. Si quis in Villa. ff. ad Senatuscon. Syllan. Bart. not. in Consi. 102. incipiente, Charissime Domine. Abb. post Bart. in c. 1. De resti. spol. vers. Ad secundum. Proinde si maleficium clàm factum sit, non tenentur illi, qui etiam ex Statuto tenebantur capere malefactores. Bart. d. §. Occisorum. Facit. l. 2. §. Domini etiam prædiorum. C. de his, qui lat. occ. l. 1. §. Domus, & §. fi. C. de falsa mo. Quæ videntur velle, quod ita tandem Dominus teneatur, si sciens fuerit delicti.

Cùm ergo eius facti, maleficij, rapinæ nescius, atq; ita facto delinquentium, qui occultè fecerunt, impeditus fuerit Episcopus, (vt latius prosequitur Dominus Episcopus in posteriore sua Replica) resistereq;, seu capere malefactores non potuerit. Consectarium est, nullius culpæ reum dici, neq; iudicium in eum dari posse.

Tertia oppositio.

ITem, Quòd Episcopus Actori non teneatur, facit vrgens hæc & ocularis ratio: Nam constat, literas securitatis hoc appendice datas, nempe præstitum saluum, quem vocant, conductum, in ciuitatibus suæ Diœcesis pro omnibus, & in reliquo Territorio atq; districtu suo, pro se & suis, quorum potens est. Ex quo euinci videtur, Episcopo hunc casum non obesse, neq; per eum vllatenus sibi præiudicari, propter manifestariam & irrefragabilem, tacitoq; consensu approbatam conuentionem, in literis expressam, nempe, pro se & suis, quorum potens est. Cùm autem Ioannes Thomas ab A. cum suis coniuratis grassatoribus, & plagiarijs, iamdudũ fuerint professi fœderatorũ hostes: proinde nec subditi, vel in quos vllã haberet coërtionem Episcopus. Sequitur, ipsam securitatis thesseram, & saluum conductum, qui cum mensura datus est, ad ipsos hostes, forenses atq; extraneos, quorum nulla facta est mentio, extendi non posse: cùm hoc pactum stricti iuris sit, & ad alios, quàm cogitatos casus, produci non debeat. l. Quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. cum vulg.

Quare cùm omnes contractus legem ex conuentione accipiant. l. 1. §. Si con- 4
ueniatur. ff. Depo. & pacta, facta in vna re, non porrigantur ad aliam, l. Si vnus.
§. Ante omnia. ff. de pactis. Liberabitur non immeritò Episcopus ex illa prædi-
ctione & conuentione, per quam suorum tantum violentiam in se suscepit, cui &
Actor ipse saltem tacitè consensit. Ergo à pactis conuentis recedi non potest: A 5
tenore enim verborum, in contractu appositorum, non est recedendum. l. Non ali-
ter. ff. de lega. 3. vbi dicitur, Non recedi à significatione verborum, nisi manifestum
sit testatorem aliud sensisse. Sic in simili casu: Si Nauta, Caupo vel Stabularius
(in quos, nisi quòd cuiusq; saluum receperint restituant, iudicium pollicetur præ-
tor) prædixerint & protestati fuerint, se damnum non reposituros, & consense-
runt hospites atq; vectores: ammodo conuenire de damno dato non possunt. l. 1.
iuncta l. fi. §. Item si prædixerit. ff. Nau. Caup. Stab. Sed quòd protestatus sit
Domino, ex charta securitatis argui potest: Scriptura enim loquitur, à qua non
est recedendum, vt dictum est. Quòd autem consenserit Actor, ex eo probatur,
quia chartam securitatis ad se recepit, & penes se habuit sine omni contestatione.
Argu. l. Si filiusfamilias, 2. ff. ad Senatuscons. Mac. Qui enim epistolam reci- 6
pit, videtur approbare omnia, quæ in ea contenta sunt. Idem Alex. & Paul. de
Cast. in l. 2. ff. de pac.

Quarta oppositio.

PRæterea argumentatur Episcopus in priore sua Exceptione, Prouisum, grauibusq; pœnis cautum esse, ne quis cuiq; bellum de cætero nunciaret, neq; quenq;

vlla vi, iniuria, malitia cõcuteret, afficeret, læderet: sed habitis petitionibus, pro D. Marci sententia, iusto iudicio experiretur. Proinde omnes diffidationes (inquit) sublatas esse, ita, vt nulla superioritas obligata esse debeat ad præstandam securitatem: demptis aliquot casibus, sub quibus hic præsens casus non comprehenditur: Quæ constitutiones etiam in hunc vsq; diem durauerint, nec ab Imperatoribus nec Regibus sublatæ sint. Iisdem tamen spretis, nihilominus tamen contingere incursiones, prædationes, & latrocinia, quibus etiamnum Prouinciæ nullus Præses resistere posit, nisi plus odij, inimicitiarum & periculi sibi, suę Prouinciæ & subditis vltro accersere velit. De quo ibidem prolixius.

Persuasio à difficili & impossibili.

VNde si Territorij Domini ad damna reponenda tenerentur, certum fore, q latrocinia & rapinæ magnum incrementum sint sumpturę, futurumq;, vt in fraudem & iacturam Dominorũ Territorij, multi procliuius sint rapinas, & eiusmodi maleficia commissuri: multi colludentes vltrò passuri se concuti, vt ipsum Principem, vel Territorij Dominum, si eum ad rerum ablatarum restitutionem cogi posse cognouerint, ad soluendi necessitatem adigant, qui ita isto rigore legis consequuturi sunt, quod alioqui nec sperare, nec in animũ inducere vnquã possent. Id quod non tam onerosum, quàm non ferendum Præsidibus esset: nimirum, quòd eorũ diuitiæ opesq; in illos sumptus, quotidianasq; exactiones vel repositiones damnorum, non sint diu suffecturæ: & maximè tum, cùm collecta manu hostes impetũ facerent, quibus aut penitus resisti non posset, aut cum magna pernicie & iactura principalis thesauri esset in quotidiano procinctu retinendus exercitus. Ex quo futurum, vt statim omnium Principum ordines essent corruituri.

Quinta oppositio.

DEniq; si Præses Prouinciæ, dans saluum conductum, fecit, quod alius quisq; facere solet, culpæ reus dici nõ potest: Culpa enim est, non facere hoc, quod quilibet alius diligens facere solet, vel qui nõ ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligẽs est. l. Quod Nerua. ff. depo. & quod in simili dicimus de custode: qui licet teneatur de damno dato in re custodita.. ff. loca. l. si mercedem. ff. de offic. Præs. vig. l. 3. §. Ex fracturæ. Et quod ibi notatur & habetur in l. fi. per Do. Ang. ff. de custodi. reor. Attamen non tenetur, quando damnum, sua negligentia nõ intercedente, datum fuit: quod plenè scripsit Alb. de Ro. disputando in suo tractatu Stat, in 2. par. q. 8. Sed quod profitetur Episcopus, omnium aliorum Præsidum more fecit, datis scilicet literis patentibus, eo tenore, quo prædecessores sui, multis retrò annis dare soliti sint, tantaq; in persequendo & perquirẽdo in suo Territorio hoste posita diligentia, quantam quisq; laudatus Præses ponere debuerat, quatenusq; ex constitutionibus Principum & fœderatorum Sueuiæ tenebatur, quod in duobus correis supplicio affectis patet. Quare vlla culpa leuis vel lata eidem imputari non posit aut debeat: secundum ea quæ docet Bart. in vulgato suo Consi. 102. incipiente: Charissime Domine.

Sexta oppositio.

POrrò, cum aggressura latronũ numeretur inter casus fortuitos, damnaq; fatalia. §. Item is cui. Inst. Quib. mo. re cont. obl. l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. l. 1. C. de po. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. Dominus autem de casu fortuito non teneatur, siue securitas fuerit præstita, recepta mercede, quomodo locatio & conductio censeri posset: tunc enim non venit casus fortuitus. l. 1. C. locati. l. in Iudicio, eo. tit. l. ex conducto. §. Si vis tempestatis, cum simi. ff. eodem. siue habeatur pro contractu innominato, quod fortè probabilius est, secundum leg. naturalis. §. at cum do. ff. de præs. ver. Casus enim fortuitus pœnam sine culpa inferre non debet. l. si res pupillares. ff. de admi. tut. l. 1. negocium. C. de neg. gest. l. si negocia. ff. eo. l. 1. C. commo. Ita in simili de nauta dicimus. Qui licet de damno dato teneatur in rebus naui immissis: attamen non tenetur, quando damnum incidit

aliquo casu, qui non potuit præuideri. l. & ita de facto. §. Sed si gratis. ff. nau. cau. stab. Ad hoc vt aliquis assumendo in se periculum in contractibus extraiudicialibus, teneatur de aliquo casu fortuito, requiritur, vt hoc specialiter exprimatur. l. 1. C. depo. Episcopus autem Dominus Territorij, non modò non assumpsit in se periculum alicuius casus fortuiti expressè, verùm etiã testatus est literis salui conductus contrarium, nempe pro subditis suis, atq; his tantùm præstiturum, quos cohibere vel prohibere posset. Ergo &c.

Septima oppositio.

POstremò vrget Episcopus, Quod iam inde multis annis in plerisque Prouincijs & Dominijs assecurati in itineribus publicis, perinde vt ipse Actor, deprædati, abducti & concussi: nulla tamen sit facta à Territorij Dominis rerum ablatarum restitutio vel emendatio. Quare dato: Certi iuris sit, Dominos Territoriorũ, & maximè recipientes Guidagium, teneri ad damna reponenda: tamen huic iuri per contrariam consuetudinem, quæ inducitur ex non vsu, iam derogatum esset per Tex. in c. Ioannes, de Cler. cõiu. vbi Tex. est, & Abb. testatur in tertio nota. quòd ex non vsu quandoq; indicatur consuetudo, sicut ibi ex non delatione tonsuræ. Ad quod etiam facit l. De quib. in fi. ibi per desuetudinem, ff. de legibus. Huc pertinent ea, quæ Dominus Episcopus, in sua Replica latissimè prosequitur, videlicet, Quòd etsi alij damna læsis reposuerint, sibi non præiudicet. Argu. Rubr. C. Res inter alios acta, &c. & exemplis non est iudicandum. l. Sed licet. ff. de offic. præs. l. Nemo. C. de senten. Denique quòd securitatum formæ dispares sunt: Ergo & diuersum ius. Argu. l. Illud. ff. ad l. Aqui.

Conclusio pro Actore.

ETsi alterius partis oppositiones, iure non perspecto, nonnihil coloris habeant: Re tamen vtrinq; æqua lance perpensa, videbit iustus libripens nõ admodum difficili negocio, vtrius sit causa præponderatura, nihilq; obscurum, quin secundum Iuris & æquitatis rationem, non obstantibus prædictis, alijsq;, quæ pro Domino Episcopo produci possent, Actori in Territorio sæpedicti Episcopi deprędato sit per prætorem largiter subueniendum. Idq; multis passim iuris nostri vrgentibus rationibus, quæ data minori opera non producentur omnes: sed vna atq; altera, quib. hoc negocium de iure explicari potest.

Primum euidentiale pro Actore.

IN confesso nanq; est, quòd passim iura communia iter facientibus prospiciunt. Publicè enim vtile esse dicunt, sine metu & periculo per itinera commeari. l. 1. §. Summa. ff. de his, qui deie. vel effu. Atq; adeo, vt Territorij Domino incumbat necessitas, viatoribus saluum conductum impartiri, curareq;, vt itinera omnia tuta sint. Ita dixit Floria. in d. l. 1. § Summa. Quòd si minus diligenter curauerit, & viatores in latrones vel prædones impegerint, cogetur illatum damnum resarcire Dominus. gloss. quæ communiter allegatur in l. Ne quid verb. à possessoribus. ff. de incen. rui. nauf. Et ibi testatur etiam aperte Bart. quod Dominus loci teneatur de robaria facta ibi per extraneum, &c. & optimè l. 1. illic allegata. §. Domus. C. de falsa mo. ibi. Si Dominus constitutus sit in proximo, cuius incuria vel negligẽtia puniẽda est, &c. Idem Bart. in d. l. 1. §. Sũma, Argumẽtũ esse dicit, Quòd ciuitates debeant tenere itinera secura, aliàs teneantur emendare damnum derobatis. Quod etiam dixit Alber. de Ros. in l. Fluminum. §. Quanq; de dam. infe. Francis. de Cap. in cons. 40. posito sub Consilijs Laurentij Calca. à principio: Quòd communitas villæ, vel Dominus, teneantur ad emendationem damni: vt quando ex conditione sui Territorij, quod erat periculosum, debuerant itinera custodire, & neglexerunt. Et prolixè Laur. Calca. consi. 61. incipiente, Ventura & fratres, in fi. 2. coll. & Cons. sequ. Concordat Abb. c. 1. de rest. spo.

In mandatis quoq; Principum est, vt curet is, qui Prouinciæ præest, malis hominibus Prouinciam purgare. l. 3. ff. de off. Præsi. & curare, vt pacata &

tranquilla sit Prouincia, quam regit. Quod non difficilè eum obtinere scripsit Iurecon. in l. Cōgruit. ff. eod. si sollicitè egerit, vt improbis hominibus careat Prouincia, sacrilegos, latrones, plagiarios & fures cōquirendo, & iustis supplicijs in eos animaduertendo, receptoresq́ eorū, sine quibus latro diutius latere non potest, coërcendo. Hanc salubrem præceptionem Iuriscon. si Episcopus & plerią alij nostræ Germaniæ principes, præ oculis, tanq́ Delphicum aliquod oraculum, haberent, minus essent latrociniorum & rapinarum, plus securitatis & tranquillitatis, nec Actori nunc litigandi necessitas incumberet. Verùm cùm pauci præsides suo fungantur rectè officio (quod multis rerum argumentis accipimus) non mirum, si pleraq́ ea, quæ dedeceant, contingant: minusq́ mirum, si illi de perperam administrata prouincia atq́ officio ratione reddere, commissi illic delicti pœnas pendere, & ad restitutionem ablatorum, illatiq́ damni compellantur. Arg. l. 1. §. fi. C. de fal. mo. Bald. Saly. Ang. in l. Mancipia, C. de seruitugi.

Sed anteq́ ad alia descendatur, præmittendum est, q̄ priuatus quilibet mercedem citra turpitudinem recipere possit ab eo, qui vim, aggressuramaut incursum latronū vel hostiū metuit: videtur enim priuatus iste locasse operas suas, ꝓ defensione illius masticulosi. l. Metum. §. Sed licet. ff. quod metus causa. Domini autem Territorij vel Ciuitatū non debent nec possunt licitè recipere precium ꝓ custodia. Nota. Panor. post Ioan. And. in cons. super quibusdam. vers. Sed dubitari potest, de verb. sig. Bart. d. l. Metum. Idem vulgatum hoc Iurisperitorum, Exactionem Guidagij pro securitate vel saluo conductu prohibitam. c. Innouamus de cens. tot. ti. c. Vecti. noua Iusti. non poss. Zab. Cle. fi. de cens. cuius ratio in manu est: quia Domini terrarum tenentur absq́ de Iure communi, itinera, viasq́ publicas tenere securas, adeò, vt si quis in eorum Territorio læsus fuerit, ipse Dominus teneatur ad damna reponenda, vt suprà & infrà latius.

Verumetiam talis exactio licita redditur ex indulgentia Imperatorum, Concilij Lateranen. & antiqua consuetudine, cuius initij memoria non existit. d. c. Super quibusdam. §. Præterea. vbi etiā Panor. de verb. sig. l. Præcepit. C. de cano. larg. li. 10. Talis consuetudo reddit exactionem Guidagij licitam, adeò, vt cesset etiam hodie pœna. l. 1. ff. ad. l. Iul. de amb. passim Doct. Et Spec. in titu: de cau. poss. & prop. §. 1. versi. Quid de colligentibus pedagia. Hostien. in sūma tit. de cens. §. Ex quibus causis, vers. Exactiones: vbi dicit, Quòd iusta causa concedendi per Principem exactionem talem sit, vt viæ reddantur tutæ à prædonibus. Bart. l. Si publicanus. §. In vecti. ff. de publ. Ioan. Bertach. in tractatu Gabellarū, 1. parte. q. 14.

Cùm itaq́ consuetudo iam inde multis annis eiusmodi exactiones confirmauerit; eo tamen modo, quo dictum est. Proinde ipse Episcopus in eo Territorio, in quo delictum est commissum, pedagia & vectigalia exigat, sibi afferat, & in vsus Cameræ suæ Episcopalis transferat: deniq́ & ab ipso Actore pro custodia, saluoq́ conductu hoc ipsum vectigal seu Guidagium exegerit & acceperit. Consectarium est, ipsum accipientem de damno in itinere dato teneri.

Secundum Euidentiale pro Actore.

VVlgatum nanq́ est apud omnes iuris nostri peritos, & à nemine non pro catholico receptum, & per Dominum reum in sua Replica confessum, Recipien-
10 tem & exigentem à transeuntib. pædagia teneri ad emendationem damni dati. Id quod testatus est clarissimus Bal. in c. 1. §. Conuenticulas, de pa. iur. fir. in vsibus feud. vbi dicit; Valde esse notabile, quòd colligentes pædagia à transeuntibus debeant itinera tuta retinere: alioqui si fiant aliquæ robariæ in eorum curia, Territorio, seu districtu, ab eis possessis, vbi exigunt pedagia à transeuntibus, teneātur restituere, vel malefactorem exhibere. Allegat l. Ne quid. ff. de incen. rui. nauf. Et Archid. 23. q. 5. Si quis peregrinos, quem allegare debeat. in 24. q. 3. Si quis Romipetas, Host. in Summa, de cens. §. Ex quibus. vers. Sed nunquid sine causa. vbi notabiliter dicit: Quòd is, qui pedagium recipit, teneatur saluare soluentē infra districtū suū, iuxta posse suū in ꝑsona & reb⁹: quia ꝓpter talia pedagiū solui cōsueuit.

Et

Et si hoc non faciat, peccet etiamnum grauiter: quia sine pedagio ad hoc tenebatur. Heinr. Boick. c. Innouamus. in fi. 1, col. de cens. Bald. c. 1. Quæ sint rega. Clarius in c. 1. §. Marchio. vers. Extra quæro, qui feu. dare poss. in vsib. feu. Ludo. Rom. l. 1. §. 1. ff. de pub. & vectig. Ioan. de Pla. l. Vnica. C. de Alexandriæ prima. l. 11. Paris de Puteo in tract. Syndicatus, in gloss. verb. Robaria. Felinus c. Licet, col. 7. vltimo notam. de prob. Vbi alleg. in d. §. Conuenticulas, & dicit, secundum hoc alibi consuluisse, remittitq; omnino ad Bald. in d. c. 1. §. Marchio, &c. Idem in c. Postulasti. 3. col. de fo. comp. Cæpol. l. Eum qui vectigal, ad fi. ff. de verb. sign. Et in tracta. de seruit. rust. præd. in tit. de ser. viæ, q. 1. vers. Vigesimo casu. Laur. Calca. con. suprà allegato 61. incipiente, Ventura & fratres. Et cons. seq. vers. Ad hoc etiã, in fi. 3. coll. quod est, Rolan. de Curte docto Papieñ. Vbi & pleraq; alia eleganter docet, Iudicem debere esse multùm promptum in subueniendo læsis, & condemnando eos, in quorum Prouincijs delictum est: Nec debere considerari solennitates seu subtilitates. l. Licitatio. §. Quod illicitè. ff. de pub. propter fauorem Reipub. vt itinera seruentur secura: nec esse vel dici posse huiusmodi leges vel statuta, taliter punientia, pœnalia, sed multò potius fauorabilia: quia emendatiua damni. Not. c. Dispendia, de rescrip. in 6. &c. Et Argu. l. 1. §. 1. Maxima est vtilitas huius edicti: quia necesse est plerunq; eorum fidem sequi, resq; eorũ custodiæ committere, &c. ff. de nau. caup. &c. 11

Tertium Euidentiale pro Actore.

ET quòd Dominus ex perceptione Guidagij vel pedagij teneatur ad rerum ablatarum emendationem, probatur. Nam per hoc videtur se tacitè obligare; denique & promittere se curaturum, vt ipsi recipienti tutò & securè per sui Territorij fines ire, agere liceat. per ea, quæ Bal. not. in d. c. §. Conuenticulas, de pa. iu. fir. Nã quotiescunque aliquid datur, vt certum quid fiat, tunc recipiens mercedẽ, vel rem illam, obligat se ad faciendum id, propter quod data fuit res ipsa, siue verbis apertè testatum sit, siue tacitè intelligatur ex natura actus. l. Legem. C. de pac. l. Nauta. ff. nau. caup. stab. l. Cùm quid. ff. Si cer. pet. &c.

Cùm igitur redemptor, vel accipiens Guidagium non præstiterit id, ad quod obligatus fuit: tenetur procul dubio ad Interesse. l. Stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus. cum gloss. in vers. Dare oportere. ff. de verb. oblig. Tex. in l. Si quis ab alio. §. fin. ff. de re iud. Secus fortè, si gratis, & nullo precio vel mercede recepta, saluum conductum dedisset: tunc enim non secus, quàm Depositarius teneretur. l. Et ita de facto. §. Ex hoc edicto. ff. nau. cau. stab. Statim autem accepta mercede tenetur ad exactissimam diligentiam. l. Qui mercedem. ff. Locati. Et ad reponenda omnia damna, si quę obuenerint, ex supradictis. 12

Et siue dixeris Præsidem locare operam pro defensione viatoris vel bonorum, præstando saluum conductum, atq; ita contractũ esse locationis. Clarum est, quod non faciens id, ad q̃d exactissima diligentia obligabatur, teneri ad Interesse. l. Si in lege. §. Si colonus. cum glo. in vers. Statim. Et l. Si fundus, in fi. ff. Locati. Si verò contractum innominatum, Do vt facias, quod verisimilius est per l. Naturalis. §. At cum Do. ff. de præscri. verbis. Quandoquidem tale factum assecurantis, videlicet facere, vt viator sub fide assecurantis, vel fide publica, tutò iter facere possit, non est tale, quod locari sit solitum: nam in huiusmodi securitatum promissionibus magis attenditur fides & authoritas assecurantis, quàm opera, quæ interuenit: cùm plerunq; tantum detur aliqua thessera vel charta, cuius gratia viator vnq; solueret Guidagium, nisi principaliter fidem assecurantis, siue præstantis saluum conductum respiceret. Tunc ex pari veniet Interesse, eo, quod cõtractus innominatus regulatˀ secundũ naturã contractuũ nominatorũ, quibus assimulatˀ. l. Naturali. §. Sed si facio. ff. de præ. ver. l. 1. §. Si qs seruũ. Vbi glo. ff. Depo. 13

Nec interest, vt Dominus Episcopus in sua Replica putat, à quibus inferatˀ hoc damnũ, siue à subditis, siue extraneis, vel forensib. Nã si violentia latrunculatorum

vel prædonum, atque etiam hostium, talis sit, quæ diligentia exactissima vel præuideri vel compesci potuerit: dubium non est, quin loci dominus, culpæ saltem leuissimæ reus, tam ex primo, quàm secundo capite suprà relatis teneatur. l. Sed & de damno. ff. loca. l. Diuus. in fine. ff. de off. Præ. Ad hæc est lex expressa. ff. eo. le. 3. vbi dicitur, In mandatis Principum esse, vt curet is, qui Prouinciæ præest, malis hominibus Prouinciam purgare: nec distinguitur vnde sint. Vbi etiam glo. notat, quod ratione delicti (sui) dicantur. Per quæ tolluntur multa, quæ temerè adducuntur per Dominum Episcopum in vltima sua Replica, videlicet quod non teneatur de facto hostium, & quod delinquentes nomine suorum comprehendi non possint. De quibus infra in solutione 3. arg.

14 Accedat, quòd obligatus ad custodiam tenetur probare suam diligentiam. Quotiescunque enim res minus salua est, præsumitur eius negligentia vel culpa perijsse, nisi ipse contrarium probet. secundum Bart. l. Si quis ex argentarijs. §. An verò hæredi. ff. de edendo. Facit d. l. Diuus. ff. de off. præ. l. fi. ad fi. ff. de custodia reorum. cum glo. iuncta. l. congruit. ff. de offic: præ. Lex enim iniungit sibi custodiam. Ergò si non custodit die, noctuque, dicitur esse in culpa. Tex. l. 2. §. 1. C. de offi. præ. præto. Aph. Quę oĩa copiosius prosequitur Ang. de Are. in tract. male. glo. 11. vers. Quid si statuto cauetur.

15 Cum ergo clarissimis Iureconsultorũ authoritatibus palam sit, Prouinciæ præsides ad purganda itinera, ex suo officio, nulla spe remunerationũ, esse astrictos, quandoquidem eo nomine præsides sunt, vt præsint, hoc est, vt nihil operę, studij, diligentiæ, laboris, contentionis, consilij denique intermittant, quòd ad subditorum rectum regimen, & communem salutem atque tranquillitatem pertineat, improbitatem hominum refrenando, omnibusque insidijs & astutijs hostium, prædonum, & latrunculorum obuiando, vt humana conuersatio maneat illibata, In quam rem subinde tot tributorum & exactionum genera, denique tot nouorum vectigalium, theloniorum, portoricorum, passagiorum, pedagiorum, guidagiorum, & cætera eiusmodi onera nata sunt, atque ideò tolerata, vt solicitius prouinciarum custodia vigilarent Principes, accepto nimirum à singulis viatoribus suo demenso, quo stipendiarios, Officiales, exploratores, pro custodia Prouinciæ, à prædonibus, latronibus, plagiarijs, atque huius generis, improba fruge paratiores habere, atque cõmodiùs in officio retinere possent. vt docet pdicta l. 2. C. de offic: præ. præ. Aphr. & quod eleganter, & ex vero post Hostieñ. Heinr. Boick. in c. Innouamus, de censi. scripsit, pedagia nõ alia ex causa exigi, quàm pro defensione stratæ publicę, contra prædones in terra, & pyratas in aqua: nec etiam antiqua pedagia, inquit, bona fide posse recipi, nisi elargiantur in dictos vsus. Et si tempore pacis exactum sit aliquid & retentum, rependi id postea in imminentẽ necessitatem, vel bellorum, vel indigentiam & recompensationem illorum, qui in Prouincia læsi sunt, debere. Et in quos tandem vsus principatuum & Dominiorum prouentus sunt traducendi? nisi eò, vt pro salute publica in ministeria necessaria collocentur? Vt tutæ sint Prouinciæ, securi viatores, est regnatrix iustitia. Id quod eleganter exprimit sæpedicta l. 2. §. In Sardinia. cum §. sequentibus. C. de off. præ. præ. Aphr. Et quod etiamnum perpendit Thomas ille Theologus in secunda secundæ q. 62. art. 7. redditus regni & Dominiorum esse, quasi stipendia principum, ad hoc instituta, vt Iustitiam foueant, ne latrones crescant &c. Ex qua causa etiam supra dictæ exactiones admissæ, vt his improbi arcerentur, & iustitia haberet manutenentem. Inde Territoriũ à terrendo deduxerunt, quod omnes, qui nocere possent,
16 terrerentur. Facit. l. pupillus. §. Territorium, de verb. sig. Ad quod cum ratione officij publici, quod gerunt, sint astricti Domini, denique pro defensione mercedem accipiant, nimirum si etiam ad restitutionem, æstimationemque damni teneantur: per l. fi. in prin. ff. de cond. ob. turp. cau. l. lege Iu. cum l. sequente. ff. ad legem Iu. repe. Aut si ad hoc obligari difficile atque impossibile onus putant, qui fit, vt commodum ambiant, onus autem fugiant Domini Territoriorum? quin potius magna eorum laude, Neemiæ 1. Esdræ 2. sopiunt illas extor-

extorsiones? vel in eum finem, quo lex introduxit, aut consuetudo firmauit, reponunt? Iustinianus non passus est inuidiosum nomen, & materiam caducorum, bellis ortam, atque auctam ciuilibus, suis temporibus durare. l. 1. C. de cad. tol. quantò magis deceret mendax illud securitatis, & salui conductus nomen, si non alium fructum ferret, quàm vt Dominus Episcopus interpretari conatur, è medio tollere? Aut si ita ferendum est omnino, quare non pro offensis viatoribus, qui Iuris & æquitatis pro se habent rationẽ, à Prætore Ius diceretur? maximè cùm simus in ipsis terminis salui conductus: in eo enim saluo conductu promisit Episcopus pro se & suis &c. Seius autẽ à N. suus Vasallus est, id quod ipse Episcopus in sua priore exceptione clarè professus est: Ergo &c.

Quod autem nunc ab Episcopo in Replica contra dicta testium dicitur, eundem Seium Vasallum tantum esse, quasi Vasallus inter suos & subditos annumerari non possit, eo ipso fallitur Episcopus. Ita enim suorum nomine veniunt Vasalli, vt etiam libertis æquiparentur glo. c. 1. verb. Salua reuerentia de mil. vas. qui contu. est, in vsibus feudo. Bald. in l. Liberti. col. pe. C. de ope lib. Iason in suis præludijs feud. col. 7. vers. Item adde, quòd feudatarij, nu. 20. 17

Concesso ergo, quòd Seius Vasallus tantum fuerit, licet Dominus Episcopus, vt dictum est, absque vlla distinctione in sua exceptione confessus sit, eundẽ subditum esse: tenebatur tamen Episcopus ipsi Actori ad damna reponenda, quod sic ostẽditur. Cautum est constitutionibus VVormatiæ æditis, sub Rubrica. Die Peen aller Fridbrecher / ferè in hæc verba: Auch die Lehen / sovil die vberfahrer der gebraucht / dem Lehenherrn verfallen sein / vñ sie dieselben Lehen / so lang der Fridbrecher lebt / jme oder ander Lehens Erben nit leyhen / noch die abnutzung volgen lassen. Doch soll der Lehenherr / die abnutzung der selben Lehengüter / dem Clâger oder beschâdigten / zugebẽ oder zu antworten schuldig sein / solang der Fridbrecher lebt &c. Sed cum Seius indubitatus & professus Vasallus sit, pacemque violauerit, tenebatur ad minus Episcopus læso, de fructibus bonorum feudalium, secundum clarum tenorem Constitutionis.

Quod autem ab Episcopo in Replica sua folio N. dicitur, vxorem Seij, pro bonis dotalibus hypothecam in feudo habere, nihil releuat Episcopum. Curiæ enim Episcopalis cõsuetudo est, & in districtu ciuitatis N. notoriũ & manifestũ, & præsertim inter Nobiles, vt nullum feudum pro maiori summa hypothecari permittat Dominus feudi, quin sit ipsum feudũ in duplo melius ipsa summa, super qua mulier assecuratur. Quamobrem in omnibus Instrumentis & literis, in quibus consensum præstat Dominus feudi, secundum cõmunem stilum Curiæ hæc clausula inseritur. Vnnd soll die Lehen zwyr als güt am werth sein / als . N. Gulden (die summa darauff die Fraw verwisen ist) wo sie aber am werth nit zwyr so güt werẽ / so soll doch dise vnsere bekandtnuß nit verrer noch weitter / dann für halb als vil / alß die Lehenstuck werth seind / krafft haben / vns / vnsern Stifft vnd nachkomen allenthalben an vnsern Lehenschaffren / Oberkaiten / Herrlichaiten / Gerechtigkeiten / vnd Gewonhelten / Auch sonst menigklich an seinen rechten vnschâdlich &c. Si ergo feudum in duplo excedere debet summam hypothecatam, consequens est, vt de residua parte feudi, ad minus satisfieri potuerit & debuerit ipsi Actori.

Imò, cum per Feloniam Vasalli ipsius Seij, totum feudum sit commissum & apertum Domino per constitutionem Imperialem supra allegatam: potuit & debuit Dominus feudi vendicare ipsum feudum, & de fructibus residuis, atque redditibus annuis secundum formam constitutionis ipsi læso satisfacere: cui vendicationi ipsa mulier, quæ hypothecam in feudo habet, resistere non posset: Cùm in omnibus hypothecarijs obligationibus, secundum prædictum stylum Curiæ reseruet Episcopus sibi vendicationẽ, mortuo Vasallo sine hæredibus. Sed cùm Seius, ipso Episcopo asserente, sit hostis et transfuga, ergo pro mortuo habetur. l. 1. §. fi. ff. de. bo. poss. con. tab. l. 3. in fi. ff. ad l. Corne. de sic. Bald. in Rub. C. qui acce. non possunt. 18

Quod

Quod vnicum argumentum ipsi Actori ad victoriam sufficere posset, & iusta negligentia Episcopo imputari, qui tantundem temporis ipsum actorem per se & suos Officiales, inani spe solutionis lactauit, contra integritatem Principis.

De promissione enim Scribæ prouincialis, personam Domini sui inter fœderatos gerentis, de emendandis damnis facta constat, per 26. testem Actoris. Denique & 28. & 29. de eiusdem Officialis promissione testantis. Ex qua, si nõ aliud, coniectura saltem voluntatis Episcopi summi patet: Cum Officialis non præsumatur id promissurus, quod Domino displiceret. Deniq; Dominus comperta promissione, ei non reclamauit, non improbauit, quod debebat, per c. Olim, de offi. deleg. Imò q; Scriba, voluntate Domini promiserit, conijci ex eo potest, q; & ipse Episcopus bonis verbis, licet generalibus, Actori & Ciuitati .N. spem fecit, vt dictum est. Denique quod 28. testis dicit, Dominum Episcopum personaliter promisisse, se, pro suo posse, curaturum, vt Actori damna reponerentur: qui autem sic promittit, se videlicet curaturum pro suo posse, vt indemnis aliquis reddatur, is tunc dicitur suum posse explicuisse, cum soluit arg. l. Quoties. ff. de verb. obli. l. Si Procurator. ff. Rem ratam haberi.

Solutio primi Argumenti.

AD primum argumentum, neminem pro alio teneri &c. Quæ regula, etsi generalis sit, atque in ciuilibus & criminalibus recepta: multifariam tamen fallit, et per Doctores limitatur, vt nõ rarò alius teneatur ꝑ delicto alterius, atq; adeò, vt statuta eiusmodi constituentia communi Doctorum assertione valeant, maximè si imponatur pœna pecuniaria, subsitq; causa publicæ vtilitatis, vt à delictis magis abstineatur. glo. ord. in Rub. C. de Decu. l. 10. Ita valere statuta Florentinorum, quæ disponunt, quòd vno de agnatione delinquente, cæteri omnes teneantur, Doctores nostri defendunt. Perinde atque Perusinorum, quod illi de damno teneantur ꝑ delicto consortis: quia licet nõ sint in culpa, tamen ideo magis

19 à delicto abstineãtur. Ita valent Statuta & consuetudines, patrẽ teneri pro delictis filiorum ad pœnam pecuniariam. Ita, q; Villa teneatur ꝑ facientibus furta. Item, q; tota domus puniatur pro delicto vnius: atq; id bona ratio est, scilicet q; minus præsumatur ille peccare, qui scit Dominum Patrem, vel familiares, sua culpa non impunes fore, & maiore diligentia & solicitudine curaturos, vt delinquens deprehendatur, & puniatur, q̃ vt ipsis, ꝑ reponendo damno, negociũ fiat. Quę latissimè prosequitur Iason in l. Si quis. §. Legis autem. C. de inoff. test. Quarè non mirum, si etiã Episcopus, vrgente publica vtilitate, Iureq; scripto, puniatur ex delicto illorum, qui in sua prouincia (quam pacatam & tranquillam ex natura regalium custodire oportebat) deliquerunt. Sed hoc casu Dominus Territorij non dicitur de alieno delicto puniri, sed proprio. Atq; hoc duplici ratione, per ea q̃ supra dicta sunt, Primò: quia Territorij est Dominus, atque ita de Iure cõmuni est alligatus, vias tenere securas. Ex altero capite, quia vectigalia, pedagia, & guidagia recipit, solitusq; est ea extorquere à viatoribus (quæ guidagia etiam hic Actor dedit) Ob quam causam, si ex aliquo casu, nimirum ex hominis ingenio aut industria præuisibili, alicui damnum obtigerit (atq; ità de leui iam culpa) tenetur Dominus non ex facto alieno, sed proprio officio, non vt decebat administrando, punitur q; ita ex quasi delicto, quod cõmittitur omittendo & negligendo. Facit ad hoc intermínio Fran. de Ce. in conf. posito inter consilia. Lauren. Calcu. conf. 40. incipiente, Stante statuto præmisso . 1. coll. vers. ad huius rei euidentiam. Hac idem scribit. Calca. vt pleraq; alia eleganter in conf. 61. vers. & per hoc tollitur. Idem conf. 38. per totum. Ang. de Perusio conf. 77. incipiente, Statuto antiquo. Imò cùm constet ex charta securitatis, Dominum Episcopum pro subditis saluum conductum promisisse, & Seius pro subdito sit agnitus, vt supradeductum est; sequitur, vt ex illa ipsa promissione sit obligatus Episcopus.

Solutio

Solutio ſecundi argumenti.

AD ſecundum, quòd Dominus non teneatur, niſi ſciens, & qui reſiſtere potuerit,
minus tamen fecerit, &c. per Bart. & Doctores ſup. alle. reſpondetur. Bart. &
alios intelligi in caſu, quo Dominus in ſuo Territorio nullum guidagium, pedagi-
um, aut vectigal, aliúdue compendium pecuniarium percipit: tunc enim ſi ignora-
uerit, reſiſtere, aut perſequendo deprehendere non potuit, atq; ita in dolo, lata cul-
pa, vel negligentia non fuit, tunc rationem habere poteſt, quòd in nihilo obligetur:
ſicut ipſa Iura propius perpenſa volunt, & apertè tenent Laur: Cal:d. conſ:61.
Hoſtien: in ſumma de cenſ: §. Ex quibus. Et Paris de puteo in tract: Syndicatus,
verſ: Robaria. Ita quoq; intelligendus Abbas d. c. 1. de reſti. ſpo.
Eo autem ipſo, quòd Dominus Territorij pro cuſtodia (vltra hoc, quod ei de
Iure communi incumbit, ſtratam tenere ſecuram) mercedem ſeu guidagium reci-
pit, teneretur aſſecurato ad damna reponenda, ſciuerit vel minus, clam vel palàm
factum ſit maleficium, appareat vel non malefactor. tex. in l. 2. §. In Sardinia. C.
de off: præ. p̄. Aphri: quem textum ad propoſitum caſus noſtri allegat, atq; ita, vt
dictum eſt, decidit Ang: in ſup. allegato tract: male. in glo. in ver. Quid ſi ſtatuto
cauetur, vt eſt Bononiæ, &c. Et Alex. de Imo. in add. ad Bald. in l. Si quis non
dicam rapere. C. de Epi. & cle. Quem textum dicit aureum, & cum intelligit in ca-
ſu, quo quis recipit pecuniam pro cuſtodia, dicitq; ita eſſe conſultum per ſolennes
Doct. Bono. Ita etiam, vt dictum eſt, tenet Iuriſconſultiſs. Laur. Calca. Brixia-
nus in præfato conſ. 61. Quod ex diſpoſitione Iuris communis colligentes ve-
ctigalia, vel pedagia, teneantur ad emendationem damnorum, quamuis ignorent
datorem damni, atq; ita clàm factum ſit maleficium: quia lex eo caſu non requirit
ſcientiam, ſed cuſtodiam. Quod latiſsimè illic & bonis rationibus proſequitur, in-
ducendo ad ſtatutum quod obligabat ignorantes: valere tamen ſecundum Iuris
diſpoſitionem contendit Felinus in c. Poſtulaſti. 3. col. verſ. ex iſtis tenementi,
de fo: comp. Alle. ſummam Piſanam in ver. Reſtitutio. in 2. col. in adde excla-
mantem contra dominos, qui non tenentur ſolum de damnis datis eorum malitia,
licet cum ignorantia, ſed etiam negligentia. Facit ad hoc propoſitum optimè Ang.
Conſ. 72. incipien. Statuto antiquo. coll. 2. Ad hoc locum hîc non habet igno-
rantia: quia ignorans, negligens dicitur: quandoquidem Dominis inquirendi ne- 20
ceſsitas in eorum Territorio mandatur. Iuſta autem ignorantia non eſt, igno- 21
rare ea, quæ committuntur in rebus, in quibus quis curam & adminiſtrationem
habet. Saly. l. 1. C. de fal. mo. Deniq; locum non habet illa diſtinctio, glo. & Bar.
in L. e. ne quid. ff. de incen. rui. nau. Cum enim ſtatim à commiſſo delicto fuerit de-
prædatio nunciata, & manifeſtata illis à ciuitate N. vbi deprædatio contigit, &
protinus ciuitati Epiſcopali, quæ dimidiato tantum miliari diſtat: dici non poteſt,
quòd fuerit ignoranter factum. Cum enim ille Officialis à N. hoc ſciuerit, perin-
de eſt, ac ſi ipſe Epiſcopus ſciuiſſet. Tenet enim Epiſcopus de culpa ipſius Officia- 22
lis, qui deliquit in omittendo in ipſo officio ſibi demandato, vt per Bart. d. l. Ne
quid a principio.
Improuidè ergo ſcribit Dominus Epiſcopus in ſua Replica, Actori incumbere
onus probandi, quòd, ſciente Epiſcopo ipſo, commiſſa ſit ipſa deprædatio: ſatis
enim probata eſt ſcientia per hoc, quod facinus ipſum media luce contigit, & non
de nocte, vbi aliquatenus tolerari poterat ignorantia, glo. ſen. quam allegat ad
hoc Ang. in l. Si cum exceptione. §. In hac actione ver. Ignorantiam. ff. quod me.
cau. Et Alex. in conſ. 24. in 2. vol. 3. col. vbi dicit ex mente Ang. illam glo. non
eſſe alibi: per quam dicit excuſari Officialem, qui non denunciauit maleficium in-
fra triduum, ſi maleficiũ fuerit commiſſum de nocte, vel in loco occulto; & Bald. in
l. Si quis non dicam rapere, C. de Epi. & Cle. dicens: Villas & Caſtra teneri de
damno dato, niſi villa cuſtodire non poſsit, vt quia de nocte damnũ fieret per ali-
quem hoſtium, tunc enim non recepta mercede vel guidagio allegari poſſet & iuſta
ignorantia. Verùm ſi noſtrum caſum ſpectemus, tunc non de nocte, ſed in ipſo me-
ridie;

ridie,in itinere publico,in vmbilico Episcopatus, vel Diœcesis,in numerosa Villarum,pagorum,& castrorum frequentia,prope ciuitatem Episcopalem,factis statim clamoribus,vt 1. 4. & 6. testes actoris ostendunt,commissum est maleficium. Quare nullo pacto ignoranter, vel in loco occulto factum dici potest. Ex quo perspicuum est omnes fallacias Domini Episcopi in Replica sua productas,sua mole corruere: vbi persuadere nititur regulã communem & receptam Iuris nostri, videlicet,Dominum Territorij,ad damna reponenda teneri,exorbitare,si damnum datum est ab hostibus,hoc enim infra diluetur. Et si ignorante Domino,vel si de nocte,vel si viator per insolita itinera proficisceretur, nullum enim horum in præsenti casu asseri potest,nec tale quid probatur Episcopus,cui tamen probandi onus incumbebat, sed contrarium ex testium dictis liquet. Et si recte perspiciantur allegati textus,plus pro ipso Actore quàm Domino Episcopo faciũt,maxime. §. Domus,ibi,si Dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel negligentia punienda est&c.& §.fi.eadem l. ibi tutores,si in proximo fuerint,cum ignorare eos, quid in re Pupilli geritur,non oportet, hæc pœna expectabit &c. Idem facit,l.2. §. Etiam Domini prædiorum. Si enim, vt Bart. vult in d. l. ne quid,suprà dictæ leges etiam ad Dominos Officiales extendi possunt, tunc ille Dominus pręsens intelligitur,si in prouincia existat. Deniq; qui nunquam abesse præsumatur,scilicet qui semper Officiales & milites paratos habere debebat, vt per ipsos Prouinciæ vindicentur, quorum vigilijs & laboribus ipsæ Prouinciæ & subiecti,illæsi custodiantur,vt vult elegans tex. in l. 2. §.In Sardinia,iunctis.§.sequen.C. de off. præ.p̃.Aph.

Et vt res dilucidius agatur,& Dominus Episcopus suis armis conuincatur,perspicienda est Replica d. Episcopi.fol.N. vers. **Zum dritten**/vbi in forma ponuntur hæc verba: **So hat mein gnediger Herr im andern specificierten puncten den Actorem verglait/inn seiner Gnaden Land vnd Gepiet für sein Gnad vnd die seinen/der sein Gnad vngeuarlich mächtig ist. Nun wann diser punct ermessen wirdt / so ist mein Gnediger Herr zu erstattung verbunden / ob es schon sein Gnad nit gewißt hat** &c. Quid nunc alijs egemus testibus,cum hic liquidò confiteatur,se etiam ignorantem teneri de facto suorũ? Constat autẽ etiam per confessionem ipsius,d.Episcopi in priore sua exceptione, Scium à N.subditum & incolam Prouincialem esse. Tenebitur ergo ad emendationem damni Episcopus,citra aliquod effugium,etiam si ignorasset ipsum delictum:licet non ignorauerit,cum in continenti passim fuerit diuulgatum: quod autem publicè scitur,non præsumitur ab aliquo ignorari,glo.l. si tutor, C. de peri. tut.per Bart.l.is potest,de acqui:hære.

Quod autem resistere potuerit Episcopus ipsis prædonibus, facti euidentia ostendit,cum eorum vix decem fuerint: & palàm sit ipsum Episcopum tantæ esse potentiæ , tam magna & spaciosa Prouincia, multis consertis Ciuitatibus, oppidis,pagis, castellis, arcibus & villis ornatum & munitum,vt iusto exercitu,nedum tam paucis grassatoribus resistere posit. Quid autem in tantis & tam periculosis rerum motibus præses Prouinciæ in suo Territorio præstare debeat,ostendit. d. §. in Sardinia, videlicet, vt milites in exercitio armorum teneantur,vt si quando necessitas contigerit,posit inimicis resisti: Ex qua causa tantum ordinati sunt milites (inquit tex.) vt vindicentur per eos Prouinciæ, vigilijsq; & laboribus eorum custodiantur,de quo alibi commodius.

Quare præterea,quæ scripta sunt duo capita Iuris communis,quibus obligatur Dominus ad emendationem, tenetur etiam ex tertio capite Episcopus,nempe negligentia in non capiendo,& debito atq; è vestigio, vt facinus est commissum,persequendo. De quo prolixius infra in solutione quinti arg. Modò constet hic,quòd prætextu ignorantiæ se euoluere non posit.

Solutio tertij argumenti.

TErtiò, argumentatur Episcopus, fidātiam siue saluum conductum nō esse, & in genere pro omnibus, & contra quoscunque, sed cum restrictione & coartatione locorum & personarum datum. Ideoque ex conuentione se ad damna reponenda, quæ nec à se, nec suis, sed incursu hostium & latrunculorum obtigerint, non teneri, &c.

Hæc ratio cùm ferè sit potissima, super qua moles huius negocij constare videtur, & quæ est præcipuum Episcopi præsidium, breuissimè tamen, quoad fieri poterit, tractabitur.

Primò, Si per illa verba restrictiua excluderetur (quod contendit Episcopus) omnis violentia latronum, prædonum, & eorum, qui sub Iurisdictione sua non sunt, ita, vt de incursione eorum, & damno dato non, teneretur: sequeretur enorme incōueniens, scilicet, vt per solutionem guidagij cuiusque soluentis Conditio fieret deterior. Nam cum palàm sit securitatem à viatore ideò principaliter peti, vt ipse petens à violentia latronum & grassatorum tutus sit: Icirco cùm Dominus absque solutione guidagij teneatur de facto omnium etiam non subditorum, quos debitam adhibendo diligentiam compescere posset, & alioqui per factam & plenam securitatem in tota Prouincia præstare teneatur, vt supra dictum est. Per solutionem autem guidagij cum ista coartatione & restrictione, teneretur saltem de violentia sua & suorum. Sed verisimile non est, nec vllo colore persuasibile, viatori per petitionem securitatis, & solutionem guidagij Dominum Territorij minus, quàm antea tenebatur, obligari, nec ipsum petentem aliquid de Iure suo, vt infrà dicetur, remittere voluisse, Arg. l. Si is, cui. §. Flauius Ianuarius. ff. de solutio. Nec rationi naturali consentaneum est, vt is, qui ex Iure communi beneficium ab assecurante expectare debebat sine suo facto, beneficio debito destituatur, & pro ipso beneficio & securitate extremam insecuritatem referat.

Præterea, si Episcopus eo nomine vectigal aliquod aut guidagium emungeret, vt pro se, suisque subditis tantum polliceretur tutum iter: diceretur hoc, quicquid est turpe lucrum, non secus, ac si dedissem tibi quid, ne sacrilegium vel peculatum faceres. l. 2. ff. de cond. ob tur. cau. Omne enim quod gratis faciendum est, si pecunia fit, turpiter fit. d. l. 2. & glo. inter. 16. in l. 4. §. Si tibi. & ibi Bald. & Pau. ff. eo. cum multis alijs, quæ huc aptè conferri possent, &c. 15

Quod autem Dominus Episcopus in sua Replica. fo. N. suam securitatem ociosam, & sine effectu non esse prætendit, sed abundare in septem casibus. Primo, quod in Ciuitatibus etiam teneatur cum ignorantia, de nocte, de subditis, extraneis & hostibus, & in Territorio suo pariter ignorās, & de subditis. Quæ si verè expendantur, vix momentū ferunt oīa septem. Sic olim Cæsar, vt nomina in edictis multiplicaret, solus tamen ediceret, subscripsit: Cæsare & Iulio edici. Cùm ergo hæc distinctio friuola sit, nec Iure suffulta, non est contrarijs rationibus refellenda. Hoc saltem ex facto deduci potest, quòd, intra Ciuitates B. & C. nulla est Ciuitas, in quam diuertere posit assecuratus. Quare illud Domini Episcopi primum anxiè quæsitum membrum, si etiam iure fundari posset, quoad ipsum Actorem locum nō habet, de ignorantia suprà. Quòd aūt de facto & incursu subditorū & aliorū, quos debitam diligentiam adhibendo compescere posset, teneatur, Ius etiam commune statuit, nedū accepta mercede seu guidagio, sed etiamnum ex alia & primæua causa, quia præses est, & suo officio congruit &c. de hostibus infrà. Ex quo apparet, saluum conductum Domini Episcopi infructuosum esse assecurato, & nihil addere super ius commune. Sed mirum est, quòd Dominus Episcopus alios quoque excessus, in quibus videbatur abundare securitas, omiserit: quorum unus est, vt mercedem seu guidagium recipiens de leuissima culpa teneatur. Sed quia hæc adiectio & effectus proficuus non erat Episcopo, ideoque non improuidè omissus.

Quamobrem ne sine effectu sit huiusmodi securitas, nec illa exactio guidagij turpe lucrum dici possit, neue fraudari omnes illi, à quibus corraditur huiusmodi merces: necesse est, vt dicamus illa verba (pro se & suis, quorum potens est) pro non appositis haberi, nihil operari, nec verum effectum securitatis in illis casibus, in quibus de Iure locum habet, immutare posse. l. non rectè & ibi Cy: C. de fide-
24 ius. facit, quando expresſio certorum verborum resultaret contra ius & eius intellectum: tunc eiusmodi expresſio nihil debet operari, sed reduci ad partem dispositam de Iure communi. l. 2. C. de no. act. Gemini. c. si Papa. de priui. in sexto. Nam illa securitas alioqui nullius esset effectus, neq; nomine securitatis vel salui conductus digna, quandoquidem citra illius clausulæ expresſionem, & eiusmodi protestationem de Iure communi, Episcopo prædari, concutere, latrocinari non licet, & incumbit subditorum suorum depellere violentiam: imò de delicto suorum tenetur, quando negligit eos cogere ad satisfactionem. Feli. in d. c. Postulasti, vers. ex istis. Cùm ergo via ordinaria, viatori contra Episcopum, Ciuitates & subditos abundè fuerit prouisum, sibiq; contra eosdem nulla securitate opus: sequitur aut ad Ius commune reducendas securitatis literas, aut penitus esse irritas, secundum hoc, quod habemus in. l. 2. & ibi per Doct. ff. de leg. 1. Expresſio enim eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, nec verum effectum immutare potest.

Porrò quando fit conuentio noua super aliqua obligatione præcedente, ista noua conuentio dubia (sicut est in nostro casu) informatur à prima obligatione, & eius naturam sapit. l. Stipula. aliæ. §. conuentionales. ff. de ver. ob. l. triticum, eo. tit. Sed de Iure communi præses Prouinciæ, etiam nulla securitate specialiter præstita, obligabatur de violentia omnium, quos arcere poterat, etiam non subditorum. Ergò noua conuentio subsequens hac etiam lege recipienda est. Et insuper specialis cautio securitatis, & solutio mercedis debet aliquid addere, scilicet vt Dominus teneatur de leuisſima culpa. d. l. qui mercedem, cùm antea solum teneretur de leui.

Dominum autem teneri ad plenam & non mutilam securitatem & tuitionem
25 Territorij, liquet ex eo, quòd ipsa tuitio Ius est indiuiduum, id quod patet, quia quod non est corpus actu vel habitu, reputatur indiuiduum l. si. ff. de Iure pa. iuncta l. 3. cum glo. ff. de ali. le. Sicut enim Ius libertorum diuidi, & vni pro parte asſignari non potest: ita etiam hoc Ius tuitionis vel defensionis diuidi vel moderari non potest, quia esset contra naturam indiuidui. Oportet ergò vt securitas sit perfectisſima, scilicet, quæ sit indiuidua, maximè à Domino Territorij ad tute-
26 lam dati, contra quam nec consuetudo, nec stilus, nec pactum aliquod valet. Illa enim quæ principaliter inducuntur ad publicam vtilitatem, pactionibus tolli non possunt. l. Ius pub. l. Iuris gentium. §. si paciscar. l. si vnus. §. pacta, quæ contra. ff. de pact. plenè in Auten. vt siue prohi. ma. §. quia verò. coll. 6. Sed constat quòd fauore Reipublicæ inductũ est, vt itinera secura retineantur, & vt purgata sit Prouincia malis hominibus C. quando liceat se sine Iud. vin. l. 2. & sic pactione tolli, & per consequens Episcopus se tali via ab emendatione damni defendere non potest. Ita in simili argumentatur Bart. in q. Lucanæ Ciuitatis. §. econtrà, vers. ita illud, Et maximè verum est hoc, si ista pacta & conuentiones non continent fauorem renunciantis, vt per Bart. d. l. Ius publicum. Vel si subsit alia causa, & præsertim, si sint contra bonos mores, & materiam præbent delinquendi, vt ibidem per Bart. quod in istis pactionibus esset futurum, vt infra dicetur.

Ex quo patet, cũ ipsa tuitio Territorij pacto modificari nõ posſit, & ista obligatio, qua tenebatur Episcopus, ex officio præsidatus, & ratiõe regaliũ, p libito voluntatis dissolui nõ potuerit, vt not. Abb. in c. si diligẽti, De fo. comp. à principio. Quòd iste saluus conductus, vt suprà dictum est, aut omninò sit irrit⁹, aut reducendus ad

Ius

Ius commune,& rectum intellectum, secundum doctrinam glo. in l. actorum.ff. de re Iud.& l.non dubium, De leg. Cum enim per sensum subauditum debeamus 17
excludere correctionem Iuris glo. secundum,in Auten. ex testimonio. C. de col-la.& per verba impropria debeamus concordare rescriptum cum Iure tex. in c. causam quæ. De ref. & per verba impropria debeamus concordare consuetudinem Iuri communi. tex. melior de Iure. in c. cùm dilectus, De consue. Idem in Statuto tex. not. in le. 2. C. de nox. act. de Iure ca. tex. optimus c. cum dilectus: & c. ad audientiam, De Cle.non resi. Necessariò in hoc casu rectificabitur,& ad Ius commune reducetur hæc clausula,pro se & suis,quorum potens est,in orationē solutam, sub qua, vt frequentissimè disiunctiua subintelligitur, secundum Doct. Bart. in tract. de copula & coniunctione, & vulgata l. triplici vt sit sensus, pro se & suis & quorum potens est. Per legem enim decisum est, præsidem à quibuscunq; malefactoribus Prouinciam purgatam habere debere,nec distinguitur vnde sint, vt dicit tex.in l. 3. de off. præs.&c.

Oppositio Domini Episcopi.

SEd mouet hîc controuersiam Dominus Episcopus in sua Replica fol. 3. dicens Iuris esse manifesti, quòd quando Dominus assecurans expresserit mensuram 18
securitatis,& fidanciæ, tunc stetur determinationi, & mensuræ assecurationis,licet assecuratus sine determinatione petierit, id quod collegit aduocatus causæ ex Abb.in c. si De treug.& pace,vbi in 3. membro distinctionis ibi posito,concludit,aut petitio exbanniti fuit indeterminata, aut concessio determinata. Et intelligimus securitatem concessam secundum concessionem,& non secundum petitionem, quia superior videtur restrinxisse petitionem:nam priuilegium & indulgentia sumunt vires à concessione, & non à petitione,quod notab.esse dicit,quia sæpè Papa signando supplicationem restringit petitionem, vt non excusetur impetrans,ex eo quòd dedit supplicationem generalē. Ergo cùm Dominus Territorij ad generalem petitionem restrinxerit securitatem: sequitur, actorem in l. conqueri posse,sed ea determinata indulgentia satiari debere.

Ad hoc respondetur,securitatum genera multiplicia esse,vt habetur per Bart.in l. illicitas.§.ne potentiores.ff.de off.præ.Et inter cætera est quædam securitas,quæ 19
petitur à Iudice,quam & potest Iudex ex causa rationabili concedere,habita examinatione ipsius negocij & qualitatis, vsq; ad quantum tempus, & quibus conditionibus &c. De qua loquitur tex. in §. sed neque in Auten.de mand. Princi. Alia, quæ datur commeantibus,de qua suprà profuse est dictum. Si ergo Dominus Episcopus de priore securitate loquatur, verum dicit: quis enim dubitat,quin superior moderari & determinare possit petitionem alicuius exbanniti vel malefactoris in danda securitate, ad quot dies,quibúsue conditionibus cum pati velit in Prouincia ad sui purgationem, vt apertè loquitur d. §. Sed neque. & l. is qui reus. ff. de pub.Iud. Et de hac securitate,exbannitis & malefactoribus danda,loquitur Abb: in d. c. si. quod ad oculum ex litera patet. Sin verò loquatur Dominus Episcopus in alio genere securitatis: ex professo falsa est eius inductio,qui in hoc apertissima fallacia & æquiuocatione vtitur,quæ tamen facilè negocio deprehendi potest.

Quod autem causatur Dominus Episcopus istam extorsionem pro vectigali,vel guidagium ipsum,tam esse parui momenti,tamq; modicum,vt si non tam pro se suisq;,verumetiam non subditis extraneis,& quibuscunq; dare saluum conductum teneretur,plus ex illa custodia in Officiales,custodes & guidarios expensum quàm acceptum iri. Ad hoc reddi potest idipsum , quod refert Episcopus in suis exceptionibus,scilicet à principibus Imperij & fœderatis Sueuiæ,ordinationes pacis, editas & proclamatas,in quibus nullus Dominus Territorij ad dandum saluum conductum obligetur,nisi in aliquibus casibus,sub quibus ille non sit compre-

hensus,&c. Quod etsi verum non sit, vt infrà in solutione. 4. arg. dicetur: eo tamen ipsi laqueum sibi inijcit Episcopus. Si enim ad dandum saluum conductum non tenebatur, atque id ex nouis constitutionibus, quibus ipse nititur: cur non abstinuit à datione securitatis? cur non prædixit viatori, vt se & res suas ipse seruaret, neque damnum se repositurum? Eo enim factum esset, vt reiecta & contempta ista vana & futili assecuratione, sibi melius prouidisset viator. Sed cum suo prætenso fauori renunciauerit Episcopus, securitatem promittendo, & per receptionem guidagij, qualecunque hoc fuerit, ad arctissiman diligentiam se astringendo: dubium esse non potest, quin in eum Iudicium sit dandum. Iniustè ergò aliquis quantitatem illam pecuniæ exiguiorem accusauerit, cum ex suo cuiusque arbitrio pendeat, (quod Episcopus præ se fert) dare salutis publicæ tesseram vel non, tantũ abest vt si dederit de pusilla mercede, conqueratur, sibi enim expensum ferat cur dederit, & sic quæ ratio ei maximè patrocinari putabatur, eum subuertit maximè.

Alia oppositio Domini Episcopi.

SEd hic iterũ insurgit Dominus Episcopus, & ariete crebro impetit, Dato inquit: Charta securitatis sit sine mensura & determinatione concessa: tamen in ea non est inclusiuè diffidatus hostis ab N. Nam quandocũque DD. de dominis territoriorũ ad emendationem damni dati obligatis, loquuntur, comprehendunt saltem latrones & prædones, & non diffidatos hostes: Hostis autem publicus non dicitur iniurè latro vel prædo. Quod autẽ ille Seius ab N. sit, & dici possit hostis, ꝓbari potest ex eo, quod Bart. in q. Lucanæ Ciuitatis vers. Sed tu potes instare, dicit, & idẽ repetit in tract. Bannitorum, quòd quando subditus rebellat Domino, quòd ille possit
30 dici hostis. Alle. l. si seruus C. de his qui ad ecc. confu. Et sicut illi subditi, quos Senatus hostes iudicat, sunt hostes populi Romani. l. amissione. §. sed hi. cũ glo. ff. de ca. di. Ita illi subditi, quos Commune aliquod hostes iudicat, sunt hostes Ciuitatis, & exbanniendo eos iudicat suos hostes, quòd dici possunt transfugæ, & hostes Ciuitatis suæ. Ita ergò ille Seius ab N. diffidatus ligæ Sueuorum, propter rebellionem & delictum, dicitur hostis. Denique & si quis rebellat mutando locum, hoc est, recedendo de terris subiectis, & eundo ad hostes, talis transfuga vocatur, cum Alle. per Bart. in tract. qui sint rebelles, vers. tenore. Quo nomine alij coniurati cum ipso Seio ab N. hostes dici possunt.

Ad hanc obiectionem respondetur. Ipsum Seium ab N. & coniuratos Catilinas, rectè & propriè hostes dici posse minimè, sed potius latrunculos & prædones, id quod clarè docet textus, in l. hostes, ff. de cap. & post. re. Nec enim populus Romanus illis bellum indixit, nec ipsi populo Ro. Cæteri verò (inquit tex.) latrunculi vel prædones appellantur, distincti ab hostibus: licet enim illi amici non sint, hostes tamen non sunt, dicit tex. cum glo. in l. hostes. ff. de ver. sig.

Et argumentum illius est, quòd hostes veri non sint, quòd ad hostem concernentia eis non conueniant: capti enim, serui non fiunt, nec postliminium illis est necessarium. Quæ duo etsi nostris temporibus in desuetudinem abierunt, vt dicit Bart.
31 in d. l. hostes: tamen alia multa, quæ non sint abdita, non conueniunt. Et inter cætera, qui apud hostes non sunt, testari non possunt. Capti verò à latrunculis sic, ita tex. in l. 1. ff. de leg. 3. lege eius. l. qui à latronibus. ff. de test. Sed certum est, quòd capti à nostris, nostri temporis grassatoribus & diffidatis, testari non prohibentur: imò valida sunt eorum testamenta, & executioni mandantur, nihilque omnino perdunt Iuris ciuilis, quemadmodum solet perdere captus ab hostibus.

Ex quo liquet, Dominum Episcopum iterum citra Iuris rationem inferre, illum ab N. non latrunculum vel prædonem esse, sed hostem. Ideoque eundem sub verbis salui conductus non comprehendi, neque Ius commune præsidem, ad coertionem eiusmodi hostium sub emendatione damni, compellere.

Ad

Ad decisionem Bart. facilis est responsio, qui in d. q. Lucanæ Ciuitatis ipse se aperit: facit enim duplices hostes, videlicet proprios & improprios. Proprios, de quibus Iura suprà deducta loquuntur. Alios quos quælibet Ciuitas habere potest, hoc est, qui hostilem animum contra Ciuitatem vel aliquem alium gerit, vt d. l. Si seruus loquitur. Vbi seruus, qui contra Dominum insurgit, eo modo abusiuè hostis dicitur, quo modo & quiuis latro & prædo hostes nominari possent. Sic quælibet Ciuitas suum hostem habere potest. Sed talis iura gentium & Iura communia Ciuitatis Ro. seu Ro. Imperij, non perdit: nam non est transfuga totius Imperij, sed illius Ciuitatis tantùm, vt not. Bart. in d. q. Lucanæ Ciuitatis, vers. restat videre. Et in tract. de rebellibus, vers. rebellando: vbi infert, quòd licet per tales rebelliones Respub. lædatur: tamen talis rebellio principaliter non sit contra prosperitatem Principis & Imperij. Ergò propriè hostes non dicantur. 32

Et licet liga Sueuica habeat Iurisdictionem à principe: tamen eam exercet principaliter propter se, nō propter Principem, & sic cessant constitutiones, quæ loquuntur in his, qui machinantur contra personam Principis, vt ibidem latius per Bart. Quare si etiam ipsi diffidati, hostes ligæ dici possent: tamen vt abusiui hostes à prædonibus latrunculis separari & distingui non possunt, quo minus de eorum facto & delicto d. Episcopus teneatur: quos enim paritas æquitatis, & identitas rationis nectit, nō sunt, quoad Iuris dispositionem, separandi. l. illud. ff. ad. l. A qui. tenetur enim Dominus nulla facta distinctione prouinciam securam & purgatam tenere. 33

Imò, quotiescunque l. disponit, Si aliquid factum sit, tunc non refert, à quo illud factum sit. l. item veniunt. ff. de peti. hęred. de quo dici consueuit in l. cùm seruus. ff. de verb. ob. Sed cùm Ius dicat Dominum territorij, et maximè, si pedagium vel guidagium recipiat, ad emendationem damni teneri, non debemus distinguere, à quo sit factum, & maximè cum facientiū eadem est ratio, vt in casu nostro, & hæc ratio complet & decidit superiora.

Ex hoc liquidò patet etiam solutio illius quod frequenter repetit in sua Replica Dominus Episcopus, nempe saluum conductum cum determinatione datum, extendi non posse, eamque simplicem orationem, pro se & suis, sub taxatiua intelligi debere, secundum dictam glo. in. l. stipu. ista. §. hi qui, de ver. oblig. vt intelligatur solummodò pro se & suis. Præsuppositis enim his, quæ suprà deducta sunt, ex alio fundamento probari potest, Dominum Episcopum teneri ad factum extraneorū, & non modò pro suis, etiam si illam taxatiuam (solummodo) in charta expresisset. Et hoc etiam Summa glo. ord. in l. cum præter, super ver. videtur. ff. de Iud. & . l. super ver. aliam causam. C. de sacro. sanc. ecc. volentium orationem taxatiuam fauorabilem seu indifferentem ad fauorem & odium, dummodo non sit exorbitans, extendi ad casum habentem eandē rationem, quam habet inclusus in ea, vel maiorem. Idem. Ludo. Ro. per multa exempla in cons. 456. per totum. Sed casus iste, quod Dominus Episcopus teneatur à quibuscunque incursionibus prouinciam tenere securam, maiorem habet rationem, quàm à suis tantum, id quod etiam Ius commune ei imponit. Denique quòd ipsi actori alias de Iure & via ordinaria contra subditos & Episcopum est prouisum, nec in his casibus vllus saluus conductus necessarius includitur. Ergò in fauorem læsi iste casus, ob paritatem & maioritatem rationis, cum ex Iure communi, vt dictum est, & ex constitutionibus Imperialibus VVormatiæ editis, & ligæ Sueuicæ ordinationibus, contra nullos alios, quàm istos grassatores publicos & diffidatos, sollicitius vigilare teneatur quisque præses prouinciæ. Vt interim hic taceam, quòd in hoc casu, in terminis salui conductus simus, eo quod, suus, hoc est, Episcopi subditus, Seius à N. deliquit. Quæ sola ratio sufficiēs esset, ad emendationem damni: de quo suprà.

Sed concedamus Domino Episcopo (citra tamen assertionem) vires habere li-

teras salui conductus, in casibus expressis, pro se & suis, &c. & quòd ex tali restrictione securitatis intelligi & præsumi possit, quasi Episcopus tacitè testatus sit, se extra illos terminos de vi extraneorum, non subditorum vel hostium, nō teneri vel obligari velle. Proinde nec contradixisse actorem. Ex eo tamen nunquam Iure assequetur Episcopus, vt in argumento infertur, se perinde atque nautas & stabularios liberandum fore, per d. l. fi. §. Item si prædixerit. ff. nau. caup.

34 Videmus enim in hac ipsa lege, tria copulatiuè requiri, vt conueniri ammodò non possit hospes vel Dominus, nempè, quòd apertè prædixerit, vt quisque res suas seruet. Secundò, neque damnum se repositurum. Tertiò, vt vectores vel viatores expressè consenserint. Ita enim demum per huiusmodi apertam protestationem & consensum viatoris solennem, releuari protestantem, Iura statuerunt, horum autem nullum in præsenti casu apparet. Constat enim in saluo conductu, de vi extraneorum, præ quibus res citra Domini periculum custodirentur, penitus nihil prædictum. Sed (inquiunt) ex eiusmodi restrictione securitatis, pro se & suis, tacitè ceteri casus videntur exempti. Secundum vulgarem autem regulam, Eadem est natura taciti & expressi, &c. Responsio. Hanc regulam veram non esse, nisi quando tacitum procedit, secundum Iuris communis regulas, quod testatus est Ioan. de Imo. in. l. ex facto. §. si quis rogatus la. prima. Ibique Alex. ff. ad Treb. Sed si taciti natura in hoc casu recipi deberet, ita vt præter subditorum violentiam non teneretur Dominus, fieret vt contra Iuris communis regulas esset facienda interpretatio. Ergò, &c.

Proinde cum de nulla tali prædictione appareat, quicquid dicat d. Episcopus in Replica sua, non opus est longius facere. Sed non est sine vrgenti præsumptione, si prædictum esset apertè, vt ipse viator res suas & personam à violentia extraneorum seruaret, vel saltem prælectæ essent, ipsæ literæ securitatis, ipsum actorem eiusmodi securitatem nunquā acceptasse. Nam cum gratuito & sine mercede ad casus, in literis securitatis expressos, de Iure communi obstrictus esset territorij Dominus: non est verisimilè, aliquem pecunia idipsum redempturum, conditionemque suam vltro deteriorem, quàm prius erat, facturum esse.

Etsi illa prætensa securitas, viatori data, pro tacita protestatione vel prædictione æstimari posset: esset tamen nimis obscura & generalis hæc protestatio, qua certus esse non poterat viator, prout not. Alb. de Ro. in tract. stat. in q. 63. incip. Item quæro aliam q. in 2. parte.

Leui enim digito, & obscurè attigit Episcopus in charta securitatis, quod in ciuitatibus & in territorio pro se & suis assecurare vellet: per quod actor intelligere non potuit, etiam si legisset chartam, qualiter in casu extraneorum sibi esset prouisum, de eo enim nihil prædixit. Quarè vana est illa inductio Domini Episcopi, quod etiam scriptura loqui dicatur. Cùm enim de extraneis nihil dixerit, neque protestatus sit, certus de eo esse non potuit actor, multò minus sibi præiudicare. Quare singulari & expressa prædictione opus erat, tum ob hoc maximè, quod prædecessores sui, omnes & singuli, per multos annos, saluum conductum, in plena forma, & sine tali astuta circumuentione, dederunt: quòd testantur 23. 25. 27. testes, ab ipso Episcopo producti, qui longò tempore in officio Cameræ & guidariatus fuerunt, & chartas securitatis vsque ad tēpora Episcopi. N. prædecessoris, ante quinque vel sex annos demortui, viatoribus elocarunt: quibus idcirco largior fides, quàm alijs singularibus testibus non necessariò concludentibus (quod tamen in teste requiritur. l. non hoc. C. vñ. cog.) est adhibenda, secundum l. Magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eo. qui sub tut.

Cum ergo viatores, ob eam formam securitatis, quæ ab antiquo dari consueta erat, & propter amotionem vnius syllabicæ copulæ, facilè circumueniri poterant: necessaria erat expressa prædictio, maximè, cùm tale quid contractus & obseruationem priorum Episcoporum intendebat innouare Episcopus præsens: qui si non

non iuris scripti, prædecessoris tamen sui Ducis N. laudabili exemplo moueri debebat, cuius Guidarij in mandatis habebant, vt quibuscunque viatoribus saluum conductum darent, prius viua voce obnunciarent, quomodo, quibúsue conditionibus forent assecurandi. Id quod, N. 23. testis asseruit. Quòd si eodem exemplo Actori denunciatum esset: ita demum eidem fortè culpa aliqua impingi posset. Licet Iure constet, eiusmodi protestationem, ipsum Dominum Territorij cum effectu facere non posse: Cum declaratoria protestatio voluntatis nullum habeat 35
effectum in his, quæ aliter sunt decisa & determinata per legem, Ita in terminis Bart. & Bald. post tex. & glo. in alimenta. C. de neg. gest. & Bart. post glo. in verb. conueniret. l. Nesennius. ff. eo. Alex. de Imo. sæpe dicto §. Item si prædixerit. ff. 36
nau. caup. Et ideò dicit ipsa glo. in d. le. Conueniret. quòd quando Mater tenetur ad alimenta, talis protestatio nihil operatur. Ad quæ multa adaptant DD. & inter alia, quòd illa verba, quæ ponuntur in libellis saluo Iure addendi vel minuendi, nihil operantur: quia per legem determinatum est tempus, vsque ad quod debeat addi, vel minui posse, vt ibi latius cum alijs multis per DD. Cùm ergo regalis illa eminentia, nempe viarũ securitas, Domino Territorij inter alia regalia à principe concedatur, sine aliqua exceptione, ex qua concessione Domini Territoriorum perfectam & plenam securitatem in toto Territorio dare tenentur, vt supra latè deductum est: Ergò talem protestationem facere nullo modo possunt, quia aliter est dispositum de Iure & per legem. Et ꝙ in potestate illius, qui ligatur, non est, obligationem sui ligaminis, pro libito voluntatis dissoluere. vt C. de act. & obli. l. sicut. & ff. eo tit. l. sub hac: nec est in manu inferioris legi superiori in aliquo derogare, bo. tex. in Cle. c. ne Romani, de electi.

Ex quibus consectarium est, prædictam legem fi. §. Item si prædixerit. non tam non destruere nostram assertionem, quàm ex confesso corroborare. Vt interim taceam, Dominum Territorij, qui mercedem pro custodia accipit, arctius obligari, quàm nautam vel cauponem: hi enim mercedem recipiunt, non vt custodiant res illatas in nauem vel cauponam, sed Nauta, vt traijciat vectores, Caupo, vt viatores in caupona manere patiet. l. nau. ff. nau. caup. stab. Ergo secundũ regulas Iuris debebant tantum de leui culpa teneri. Sed propter malitiam huius generis inductum est, vt teneantur etiam de leuissima, secundum Bald. in l. certi. 2. coll. C. loca. Dominus autem Territorij principaliter mercedem recipit pro custodia, nimirum si ipse recipiens & assecurans arctius obligetur. Errat ergo D. Episcopus, qui fo. 14. suæ Replicæ putat, non rectè argui posse à nauta, &c. ad Dominum securitatis: cùm tamen rationem diuersitatis nequaꝗ ostendere possit.

Sed fingamus iterum Dominum prædixisse, & palàm testatum esse, vltra casus in literis expressos, obligari se nullo pacto velle, neqꝫ etiam se damnum præstiturum. Deficit tamen adhuc tertium requisitum prædictæ legis, nempe consensus viatoris.

Et licet in sæpè dicta lege fi. glo. in vers. consenserunt, opinetur idem esse, etiam 37
si nõ consenserint expresse, sed sufficiat tacitus consensus: hoc tamen iniquè, quàm contra dilucidam veritatem. Et vt res testibus agatur, videamus ex multis paucos de intellectu d. §. Archi. in c. Diaconus, 27. dist. dicit, si protestatio fuerit facta & recepta cum consensu vtriusque partis, tunc dicitur conuentionalis: aliàs si esset nuda, & facta absqꝫ expresso consensu alterius partis, in cuius potestate etiam dependet protestatio, tunc nihil operatur. All. d. §. Item si prædixerit. Idem sensit Ant. de Butrio in c. cum Miss. Ferrarieñ. col. 19. vers. tertius casus principalis, de const. Qui allegat in simili alium tex. in l. si quis seruum. l. quoties in prin. de pecu. & ponit casum in quo in facto ita consuluit. Hanc doctrinam verbotim sequitur & refert Præpo. Medi. in d. c. Diaconus, 27. dist. in pe. col. Idem tenet Bart. in leg. non solum. §. morte, vers. Sed quæro, an & partis consensus requiratur. ff. de no. ope. nunc. Quem optime declarat & limitat Iason in d. §. morte, nu. 17. vbi dicit, quòd in actibus necessarijs non sufficiat in

præsentia vnius partis protestari. Vnde si hospes vel nauta, qui ex necessitate officij tenetur recipere periculum rerum, quæ sibi per hospitantes consignantur, protestetur se nolle teneri de periculo: certè non sufficit, quòd protestetur in præsentia partis non contradicentis: & sic non sufficit tacitus consensus, sed requiritur, ꝙ pars expresse consentiat illi protestationi, cum multis alijs. Idem Corneus Cons. 16. incipiente, Subtilis & scrupulosa, col. pe. vers. nec obstat, in 4. volu. vbi testatur hanc esse communem. Et ratio est, quia vbicunꝗ protestatio venit ad detrahendum Iuri aduersarij, non nocet aduersario, nisi expresse protestationi consentiat. glo. in ver. protestationi. & ibi Antho. de Butrio. & Abba. in c. Cumana de elect. vbi notabiliter dicit, aut protestantes concedunt id, quod aliàs de Iure competit aduersario, restringendo tamen illud per protestationem, tunc requiritur consensus expressus aduersarij: quia ex quo aliàs idipsum competebat de Iure, videtur quòd in dubio voluerit potius vti Iure suo, quàm promissione aduersarij, cum actus sibi competat liberè, Iure suo proprio, & ex promissione aduersarij restringitur ius suum. Vnde in dubio non debet quis præsumi velle contemnere Ius proprium. l. cum de indebito. ff. de prob. c. super hoc, de renunc.

Ita in casu d. c. Cumana, eùm existens in possessione Iuris eligendi, habeat Iure proprio facultatem dandi vocem, si admittitur cum potestate restringendi, et ipse taceat: non est verisimile, quòd acquiescat protestationi præiudicanti Iuri suo. Sic etiam in casu nostro præsumi nullo modo potest, quòd viator in sui præiudicium consenserit protestationi Domini Episcopi, qui duplici ratione tenebatur, ex præscripto Iuris communis, ipsum viatorem assecurare, vel in defectum assecurationis de damno respondere, sed potius suo Iure vti voluisse.

Secus autem si actus dependeret à mera voluntate protestantis, tunc sufficeret ipsius tantum protestatio. l. Nesennius. C. de neg. gest. veluti si quis expensas faciens consanguineo, protestetur se animo repetendi facere. d. l. Nesenni. Cum autem protestatio in nostro casu non à facto protestantis dependebat, sed à dispositione Iuris communis, cui protestans non poterat renunciare, quia velit nolit, ex quo est præses prouinciæ, & vltra hoc recipit Guidagium, tenetur danti ad rectã, fraude carentem, & plenam securitatem, & per consequens ad prouidendum secundum dispositionem Iuris cõmunis. Sequitur, vt sic recesserit Episcopus à protestatione, quandoquidẽ protestatio non iuuat (vt dictum est suprà) nisi factum dependeat à potestate protestantis. Exemplum materiale dant DD. Si pater in casu, quo tenetur alere filium, protestatur, quòd alit animo repetendi, non valet ꝓtestatio: qa ex iuris necessitate tenetur eũ alere, vt notatur in l. alimenta. C. de neg. gest. Requiritur ergo expressus consensus aduersarij, quando protestatio tendit ad detrahendum Iuri suo, vel quando factum dependet à voluntate vtriusque partis, quia non potest alteri afferre iniquam conditionem, nisi expresse consentiat: quia id quod nostrum est, sine facto nostro à nobis tolli non potest. l. id quod nostrum. ff. de reg. Iu. Facit, quod voluit Bald. c. in Genesi. de elect. ꝙ admittere aliquem cum protestatione significet quandam perturbationem libertatis antiquæ. Ideo non præiudicet, nisi expresse consentiat ille, cui fit.

Nec refert, quòd accepto saluo conductu sine omni contestatione, itineri se commiserit viator, quasi iam tum renunciauerit suo fauori, assenserit, & in se receperit: Nam suprà dictum est, verisimile non esse, Actorem ipsam securitatis chartam legisse, sed Principi (cuius beneficio nos iuuari decet, non decipi. l. 1. C. de his, qui ve. æta. imp.) confisum esse. Et dato, quòd aliquis viator legat & cognoscat ipsam chartam securitatis, & insolitam restrictionem contra Ius cõmune: nullus est tamen tantus contemptor suæ vitæ & salutis, qui non mallet sibi melius esse consultum, & postularet ꝓcul dubio sibi melius prouideri, si vlla spes esset largioris prouisionis. Sed quia assecurans de facto dare non solet, quod de Iure tenebatur, cogitur viator ipse, nolens volens, recipere cum mensura istam qualem qualem securitatem,

securitatem, ne omnino sit sine securitate, neue ea non habita, etiam subditis impunè spoliandus & diripiendus obijciatur: per istam tamen receptionem de Iure suo, quod lex sibi tribuit, nihil remittit aut remittere præsumitur, per ea, quæ suprà dicta sunt. Non secus, ac si mihi centum debeat Titius. Postulanti autem mihi cautionem, pro dimidio eius summæ saltem præstet: eam recipiendo non acceptum fero reliquum. Imò, si postea solutis 50. subscripsero me recepisse, non obstante tali subscriptione, petere possum residua quinquaginta. nota. Tex. in l. interest multū, C. de solu. Quare si etiam legisset & subscripsisset Actor: non præsumeretur tamen in his subscripsisse, quæ contra se interpretari possent, & quæ sibi præiudicialia forent: sed censetur sibi reseruare Ius suum, quod sibi ex lege competebat integrum. d. l. interest. Ad quod optimè facit. l. fi. & ibi Saly. C. plus valere, vbi habetur, ꝙ subscribens se Instrumento, quod non legit, putans continere id quod iussit, mandauit, vel sibi persuasum extitit, cum aliud contineat, sibi non præiudicet. Multò ergo minus præsumitur approbasse id, quod contra se feret, ex eo, quòd simpliciter ad se recepit chartam securitatis, ea non lecta, nō subscripta, nulla prædictione, interrogatione vel responsione præuia.

Ex hoc etiā patet solutio illius, quod à Domino Episcopo in Replica infertur, quòd illa taciturnitas & patientia Actoris, induxerint consensum maximè ex eo, quòd vltra taciturnitatem accesserit aliquis actus positiuus, qui videtur venire ad probationem illius, vt quia non solum tacuit, sed etiam literas apud se retinuit, tūc enim habetur tacens pro consentiente, vt docet Abb. in c. non iniustè, de procu. & Bart. in l. quo enim. ff. rem ra. hab. &c. Nam posito, quod præsumi posset consensus ex ipsa receptione & retentione chartæ: tamen præsumi non potest renunciatio illius, cuius charta non meminit, & quod charta ipsi assecurato non adimit. Consenserit sane in id, ꝙ Dominus Episcopus securitatem dederit pro se & suis: per hoc tamen non renunciauit Iuri publico, pro se & ad vtilitatem publicam introducto, vt Dominus territorij esset de facto extraneorum immunis, quorum in ipsa charta nulla mentio facta est, nihil Actori de eo articulo prædictum: nimirum ergo si renunciasset suo Iuri, de quo cogitatum non fuerat, intelligi aut præsumi nō possit.

Præterea adhuc dato, citra assertionem, quòd præsumi omnino posit: consensus tamen ex eo, ꝙ sola tantum voluntas & consensus ipsius Actoris interuenit, & nulla renuntiatio vel pactum: eo tamen sibi non præiudicauit, cum eo casu, per solum consensum, quis non præiudicet sibi, etiam in Iure quod sibi competit ex causa de præsenti. Casus not. in l. 1. §. quod ait Prætor. & ibi Bart. ff. quorum leg. Soc. consf. 130. in 2. parte, col. 2. vers. primò, ꝙ in casu nostro. Vbi in simili cōsuluit, quòd si in Instrumento dicatur volente ac consentiente filia, quod tamen non obstante consensu nihil sibi præiudicauerit, nec renunciasse præsumatur All. Bart. Bald. & Doct. in l. 1. C. de pact. Ex quo sequitur falsum esse, quod Dominus Episcopus multis quæsitis coloribus persuadere conatur, Actorem beneficio Iuris tacitè renunciasse.

Ex his apparet & responsio ad hoc, quod dicitur: Pactis conuentis standum esse. Nulla enim in præsenti casu apparet conuentio, quæ Actori præiudicium aliquod afferre posit: conuenisse enim existimari non possunt, qui ex diuersis animi motibus in vnam sententiam non descenderunt. l. 1. §. conuentiones. ff. de pact. Consensus enim nihil aliud est, q̄ simul sensus, & consentire, id est, simul præsentialiter sentire, vt voluit glo. in l. consensu. ff. de act. & ob. no. in l. 1. ff. de pact. cum simi. Cum ergò Actor iustam causam errandi & ignorandi habere potuerit, eo ꝙ securitatem Iuri cōmuni, & præcessorum stilo, conformem putare potuit, consensus vllus dici nō potuit: nihil enim tā contrarium consensui q̄ error. Et cùm Episcopus chartam restrictiuè voluerit intelligere, assecuratus autem liberè, citra vllā coartationē, secundum honesti, æqui & boni rationem & Iuris communis p̄scriptum: nō 31

potuit

potuit esse firma conuentio vel stipulatio, secundum regulam. §. si de alia. Inst. de inut. sti. l. continuus. §. 1. ff. de verb. ob. cum sim. Denique Dominus Territorij (vt suprà dictum est) eo modo contra Ius publicum, naturam regalium, honestatem, bonosque mores, pacisci non potuit: & præsumi non debet, assecuratū in tam defectuosam et iniquā restrictionē (vt interpretari conatur Dominus Episcopus) consensisse.

39 Neque facit quicquam regula: Qui tacet, &c. Nam consensus non debet præsumi ex taciturnitate, quando tractatur de re onerosa & præiudiciali. Memorabile dictum Abb. in d. c. Cumana, de elect. cum concor. Ibidem facit optimè notabilis. l. inuitum, iuncta glo. inuer. contradicit. ff. de serui. vrb. præ. pro quo etiam tex. in l. in eo §. pe. ff. de ritu nup. Barba. cons. 22. vlt. col. 2. par. Corne. cons. 161.

Facit ex alio elegans doctrina Bart. quam tradit cum summa cōmendatione in l. quæ datis, in vlt. col. ff. sol. mat. Quòd quotiescunque potest aliquis contradicendo actum impedire, tunc tacens præsumitur consentire: Ita etiam dicit Ia. Butrig. eamque dicit sibi placere Ia. cum multis concor. in §. Item Seruiana, vers. Sed pulchrum dubium, nu. 14. de act. & à contrario, si aliquis contradicendo actum impedire non potest (sicut reuera impedire non potuisset viator) tacens non præsumitur consentire. glo. est cōmmendabilis in c. nonne benè dicimus. in ver. tacendo, de præsump. vbi habetur: Quòd si per inhibitionem meam nō possum ꝓhibere q̄d fit, tunc non obest mihi taciturnitas. Bart. & Legistæ in d. l. quæ dotis. ff. sol. ma. & per Cano. in c. nonne, de præsump. Alex. cons. 8. col. 3. parte 5. Quare cùm certò nunc constet, viatori nihil prędictum, quo scilicet res suas & personam ab incursu extraneorum vel forensium seruaret, neque appareat, & ostendi non possit expressus eius consensus: sequitur, vt per casus in literis securitatis designatos, nihil sit omnino viatori præiudicatum.

Et dato, viator receperit (palàm assentiendo) in se periculum, id est, extra illos casus in securitate designatos: Intelligeretur tamen hoc non aliter, q̄ si Dominus Territorij in custodiendo, culpa vacaret. Qua cum non vacet, non potest casus fortuiti prætextus excusari: nam licet fieri possit obligatio ad casum fortuitum: tamen non habet locum, quando casus contigit culpa vel negligentia aduersarij. Ita vt casus fortuitus contingens, culpa aduersarij non noceat ei, qui se ad casum obligauit. Tex. est in l. qui officij. §. fi. de cont. emp. l. cum proponas. C. de nau. fœno. Tex. & ibi glo. inter. in l. si vt certo §. Interdum. ff. commo. vt infrà latius.

Præterea de Iure non est obscurum, si prouinciarum Præsides, vel eorum Officiales, paciscerentur expressè cum viatoribus, se nolle teneri de damnis violenter illatis per latrones, vel suæ Iurisdictioni non subditos, eiusmodi pactum de Iure esse nullum, eo quod per hoc materia daretur delinquendi. Terrarum enim Domini redderentur negligentiores, ad curandum de securitate viarum. Quod eleganter innuit Tex. in l. 1. in prin. & l. 3. §. Sed si tota, vers. miratur. ff. nau. caup. stab. Vbi Prætor contra regulas Iuris arctiùs obligat homines, de quibus illic mentio fit, ad custodiam eo saltem nomine, vt diligentius contra fures vigilent, & vt illorū tandem improbitas reprimatur: vt suprà dictum est.

Denique per hoc etiam non subditi inuitarentur ad delinquendum: quia videntes non interesse Dominorum, si viatores à non subditis offenderentur, audacius proculdubio nullā persecutionē metuentes, essent grassaturi, & per hoc pateret aditus

40 ad offensas, rapinas, & latrocinia: Facilitas enim veniæ, est incontinuum delinquendi. Faciunt not. per. Bar. §. occisorum ad Sill. Bald. l. si ideo. C. de his, quibus vt ind.

Cum ergo saltem per occasionem delinquendi daretur materia, non valet tale aliquod pactum. arg. l. conuenire. ff. de pact. do. Nec valent ea pacta, per quæ homines inuitantur ad prædandū, propter spem immunitatis. Tex. in §. sed nedum. Inst. vi. bono. rap.

Solutio

Solutio quarti Argumenti.

QVin perperam Episcopus hoc argumeno vtatur agnoscit ille, qui ipsas constitutiones & ordinationes Imperiales, & fœderatorum Ligæ Sueuicæ animaduerterit. Quibus etsi publicæ paci & tranquillitati cautum sit, vt nihil ví, manu, ferro, sed omni hostilitate sublata, iusto iudicio agatur: ex eo tamen nemo rectè (vt Episcopus arguebatur) Territorij Dominum à debita Prouinciæ custodia liberatum, & ex suo arbitrio pendere salui conductus rationem: nec enim hoc ex ipsis cōstitutionibus cum veritate proferet aliquis. Testes erunt illæ ipsę cōstitutiones, quę passim de repellenda violentia loquuntur: nullum autem modum vel ordinem dandæ vel nō dandæ securitatis præscribūt. Quæ enim esset solida & stabilis ordinatio pacis? si Præsides prouinciarum à præstatione securitatis soluerentur, & immunes essent? atque ita se nemo tutò itineri credere posset. Sed esto, vt cōtra ius commune (quod astringit Dominum Territorij ad saluum conductum, vt paulò ante dictum est) Principum constitutionibus cautum sit, vt nullus Præses obligetur ad dandum saluum conductum: iam suo se gladio confodiet Episcopus, & hoc subterfugio ipse se vitiosa confirmatione contra præcepta Rhetoricæ collidet. Nā cum dare non cogeretur, dedit tamen, sibi expensum ferat, quare dederit, & eo ipso se vltrò in periculum coniecerit. arg. l. si negotia. ff. de nego. ge. Sibiq; imputent principes, quare adeò licenter prædones & latrones grassari patiantur, nimirum, si etiam ad damna reponenda teneantur. Conquirant ergo hoc genus hominum, & receptores eorum, sine quibus latro diutius latere non potest, coërceant. Ita demum proculdubio securam habituri sunt prouinciam. Sed inde (inquit Episcopus) odia & inimicitiæ cōciliantur. Hinc scilicet illę lachrymæ: Quòd si tanta esset reuerentia, & authoritas legis & honestatis, quantus metus ac conniuentia in vnū atque alterum cognatum, priuatum vel affinem: dubium non est, quin pacatior esset Germania, & tutiora itinera.

Nec est, quod de immodicis expensis, quæ erogandæ sunt in quotidianam custodiā viarū, queratur Episcopus: huic eīm suprà responsum est. Prouisum deniq; est consultò in Comitijs Augustæ habitis, Territoriorum Dominis qui obtuendā pacem, & reprimendam hominum malitiam, in custodiendis vijs publicis aliquid immodici sumptus, iacturæ vel damni sensissent, vt non solum illis contra improbos grassatores publicis & cōmunibus sumptibus feratur auxilium: sed etiam expensi vltra solitum fiat restitutio. Cum ergo sit Prouinciarum rectoribus consultū, non tam à Iure communi, quod redditus regni & Dominiorum, veluti stipendia ad fauendam iustitiam, & reprimendam vim Latronum, constituit: sed etiam nouis postea Principum cōstitutionibus immeritò causatur immodicos sumptus Dominus Episcopus. Quandoquidem quicquid habent reddituū, & censuum Domini, in illos vsus, nempe ad ministrationem iustitiæ pacisq; pertinent. Si quid ergo in id expendi necesse fuerit: meminerit Territorij Dominus eo expensum ire, quo decet, & in eum finem, scopumq;, qui præfixus est, nempe ad conseruandam Iustitiam, & ad retinendam securam pacatamq; Prouinciam. Sin immodicè fuerint expensi, & vltra vires custodientis, ex nouis constitutionibus, ex publico recuperare potest.

Porrò verisimile non est, licentius grassatum iri (vt Episcopus asseuerat) si Territorij Domini ad restitutionem tenerentur: Imò multo minus, quod Dominorum diligentia, metu pœnæ exactior timenda sit sanè non modicum grassatoribus.

Ex quo consectarium est, illam ab imposibili & difficili persuasiunculam elumbem esse.

Solutio quinti Argumenti.

AD quintum, Episcopum scilicet à culpa non immunem esse, eo conuincitur: Vbicunque quis non tenetur de casu, tunc si culpa præcesserit casum de casu 41
tenetur.

tenetur.l. videamus.§. si hoc. ff. loca.l. cum propria. C. de nauf.l.2.§. vis. ff. si quis cau. Sed Dominus fuit in culpa: Ergo tenetur de casu. Minor probatur: Nam periculum incursionis latronum erat præusibile, quandoquidem palam erat diffidatum ab N. crebris incursionibus passim famosum, adeo, vt Dominus, si solliciti Patrisfamilias & speculatoris curam gessisset, non difficili negocio potuisset hoc facinus præcauere, vel saltem de manibus hostium captiuos eripere. Si secundum Imperatorum constitutiones, subditi & Officiales, re comperta, statim cantato classico & pulsatis campanis (vt decebat) hostem insequuti essent. Ob dissolutam tamen negligentiam & incuriam (ne dolum dixerim) subditorum & Officialium, iure venit condemnandus Episcopus.

Quòd autē in aliquibus locis pquisierit malefactores, Respondeo, Aliud esse debite perquirere, aliud fictè: qa prima excusat, altera nō. per.l.1.§. Excusatur. ff. ad Syll. Quem Bart. summè notari facit ad statutum, contra homines Villarum, Castrorum vel Ciuitatū, q fingunt, se velle capere malefactores, erigēdo clamores, & pulsando campanas: non tamen posse, &c. Quod non sufficit: cùm omne malè vel ineptè factum præsumatur prauè factum. c.1. de præsump. 15.q.2. Si quis notat, ad idem propositū, Rolan. de Curte, Doct. Papień. in cons.62. vers. Alio etiā, ex cap.4. col. sub cons. Lauren. Calca. Idē Calca. in cōs.38. à princi. et p totū consi.

Probatum ēm est per sextum testem Actoris N. & non diffitetur Dominus Episcopus, Actorē ,ppe oppidū N. non longè à Ciuitate Episcopali, in manus latrunculorum incidisse, & abductum esse: quod in continenti renunciatum est, per illum ipsum testem ad Cōmune oppidi. N. Quo ita probato, plus satis est probata Capitalis negligentia ipsius, non modò Communis, sed etiam Episcopi. per not. Bart. in all. cons.102. vers. videamus. Sciuit ēm ipsum Cōmune, maleficium esse cōmissum illo tempore, & loco valde propinquo ipsi pago. Non tamen intonauit classicum: sed in re moræ impatienti, primum ad curiam Episcopalem mittunt, & latrūculos temerè elabi patiuntur, cùm secundum Imperiales & fœderatorum ordinationes statim debuerant nedum campanas sonasse, sed etiam armata manu malefactores insequi. Quare nihil releuat ipsum Dominum Episcopū, persequutos esse ipsos delinquentes (id quod verum esse potest) postquam aufugerant, quos citra negocium potuissent anteuertere & deprehendere illi de oppido N. statim ac nunciata erat deprædatio, si campanam sonassent. Benè faciunt not. per d. Rolan. de Curte, supra alle. cons.62. vers. item Domini dicunt. Quid enim profuit, post tantum temporis interuallū vel pedites vel equites ad persequendos malefactores mittere, qui medio tempore multa miliaria proficisci poterant? Cū enim ipsum maleficium illis de oppido N. esset nunciatum, absq; vllo debito clamore & persequutione ad Ciuitatem Episcopalem renunciant. Illi ex Ciuitate, vnum aut alterū venatorem, pro explorandis vestigijs, mittunt: exploratis vestigijs, tandē res ipsa ad Episcopum, in arce quadam absentem, defertur, vt testes Domini Episcopi clarè profitentur. Ex quo quis vllam debitam diligentiā vel persequutionē colligere, vel ordinationibus Imperialibus & fœderatorum satisfaciū esse dicere posset? cùm istæ non mandent, commisso maleficio rem aliò deferendam, vel exploranda prius loca: sed incontinenti intonandū classicum, & sine vlla mora persequendos malefactores. Ita enim sonant constitutiones Imperiales: **So ainer der beschädiget innen oder gewar / oder zů frischer that ermant würdet / soll er vnuerzogentlich / vnd mit ernst vnd fleiß / nach eylen / handlen vnd fürnemmen / als were es sein selbs sach.** Nemo autem in rebus proprijs tanto tempore, sub tenebras vsq;, & ad alterum diem, persequutionem distulisset. Quare nihil aliud, q̃ simulatam diligentiam interuenisse præsumi potest: adeò vt rectè huc conferri possint dicta Bart. suprà relata: et Episcopus, Officiales & subditi, nulla iusta diligētia gloriari: sed multo potius dissoluta negligentia notari debeant. Si enim verum est, φ mandata passim in suo Territorio, vt quidam testes asserunt, proposuit: tunc in latissima
12 ma culpa est ipsum Cōmune oppidi. N. φ nemo statim pulsare fecit campanas, & conuocari ad persequutionem homines, contra ordinationes Imperiales et ligæ: de

qua

qua ſatis in Replica actoris, art. 12. Sin minus: eidē culpę obnoxius eſt Dominus,
eò, quod mandata ſuis non propoſuit. Et licet Bart. in ſæpè allegato conſ. 102. mul-
ta remedia pro Dominis Territoriorū ponat, ad euadendā condemnationem damni
dati in eorum Territorio: tamen ea omnia hîc ceſſant: licet quibuſdā frigidè ſe tamē
tueri conetur Epiſcopus. Ipſum enim maleficiū non eſt commiſsum in loco abſcon-
dito & ſecreto, adeò vt ignorantia prætendi poſſet: ſed in itinere publico. Item, quia
non clàm: ſed cum clamoribus in continenti illis de oppido. N. & Ciuit. Epiſcopali
denunciatis. Item, non in loco remoto ab hominibus. Item, ꝙ Cōmune oppidi. N.
& Ciuitas Epiſcopalis non fuerant tunc occupata circa alia neceſſaria magna, vel
æquè neceſſaria. Item, ꝙ non commiſſum fuit eo tempore, quo clauſæ erant portæ,
vel vbi tanta eſſet ſuſpicio tantæ potentiæ malefactorum, ne egredi auderent ho-
mines ad capiendum ipſos. Item, quòd non erat tanta multitudo malefactorum.
Item, quòd non fuit commiſſum de nocte: ſed in ipſo meridie in meditullio Epiſco-
patus, prope Ciuitatem Epiſcopalem, & intra populoſos & confines pagos: eo
tempore, quo maximè debuerat eſſe cuſtodita Prouincia, propter frequentiam mer-
catorum, ad Nundinas Ciuitatis. N. proficiſcentium: eoq́ꝫ loco, vbi Mœnus, na-
uigabile flumen, Epiſcopatum cuſtoditum retinet. Vnde poſito, quòd actor Ius
commune pro ſe non haberet (ſicut reuera habet) tamen ex his violentis coniectu-
ris iudicari poſſet pro eo. c. afferte, de præſump. Et licet regulariter Iudex ex ſola 42
præſumptione non poſsit iudicare: ex pluribus tamen poteſt. glo. Bart. & DD. in
l. admonend. ff. de Iureiu. glo. Abb. Bart. & DD. in l. Inſtru. C. de prob. Et niſi
eſſet violenta præſumptio, vt dictum eſt.

Sed quod ſubinſertur à Domino Epiſcopo, ſuo districtui confinare alia Terri-
toria, in quæ facilè profugere potuerint delinquentes. Ad hoc dicitur: Quòd com-
miſſo delicto, non excuſentur villæ vel Communitates, ſi malefactores etim in alie-
no Territorio non cæpiſſent: quæ captura fuiſſet tolerata propter iuſtum initium.
l. quod ait. §. fi. ff. ad l. Iu. de adul. Lud. Ro. in l. 1. §. occiſorum. ff. ad Syll. Bart. l.
ſi cui. §. fi. ff. de. App. Bald. l. requirēda. ff. de ſer. fug. & Alb. in 2. parte, ſtat, Quod
vbi delictū eſt commiſſum in finibus duarum Villarum, & vtraq́ꝫ neglexit, vtraſq́ꝫ
teneri pœna ſtatutaria.

Nec releuat Dominum Epiſcopum, quòd duos vltimo ſupplicio affecit, per ea,
quæ Alb. in 2. par. ſtat, notat: Quòd ſi aliquis cepit malefactorem ex aliqua cauſa,
quòd villa ad huc non erit excuſata: ſed de ſua negligentia punietur. Ad idem facit,
& eſt certa concluſio DD. ꝙ vbi aliqua negligentia poteſt villæ vel Communita-
ti imputari, ei imputeƭ, & ſtetur ſtatuto, l. 2. §. Cōfeſtim. & §. ſi nunc. ff. ad Tertul.

Et dato, ꝙ Epiſcopus ratione ſuæ perſonæ poſtq́ꝫ reſciuit, omnia egerit, ad quæ
Imperatorū & fœderatorum Suæuiæ conſtitutionibus ligatur: nihilominus tamē
ad ablatorum reſtitutionem tenetur, ſaltem ex Officialium & ſubditorum, de qua
nunc dicta eſt, ſupina negligentia, qui tempore maleficij & incurſionis, quæ ſtatim
paſsim illic vulgata eſt, nullo clamore teſtati ſunt facinus, nullas campanas moue-
runt, vicinos, vt tenebantur, non conuocarunt: ſed paſsi ſunt miſeros homines
miſerè trucidari & abduci. Quod ſi malefactores perſequuti eſſent, nunq́ꝫ illi ex
Epiſcopatu educi potuiſſent, ſcilicet, ꝙ in meditullio prouinciæ contigerit, pagis
crebrò vicinis, & penè contiguis, vnde facilè vltro citroq́ꝫ campanarū clangor dif-
fundi poterat: quod ex euidentia facti manifeſtum eſt.

Cæterū, ꝙ prouinciæ Præſes & Dominus teneatur de culpa, facto delicto, negli- 43
gentia Officialis, non eſt in Iure obſcurum: & videre licet l. 2. C. de cond. in pub.
horri. li. 10. Et ibi Accur. inferendo annotauit, delictum Officialis punire Domi-
num. All. pro ratione. §. eos, in Auten. vt Iud. ſine quoq́ꝫ ſuff. coll. 2. cum alijs con-
cor. Bart. in l. 1. §. Familiæ. ff. de pub. dicens, iſtam eſſe veritatem. Quod quando
Dominus pręponit familiam ad officium, & ipſa delinquat circa officium, illum te-
neri. & elegantius & locupletius in l. nequis. ff. de incē. rui. nauf. Ex quo ſequitur,
ꝙ cùm negligentiam & culpam nullo modo deprecari poſsint Officiales, Dominū
teneri ex eorū negligentia & facto: Sufficit aūt ſi ſit ſiue leuiſsima culpa. l. 1. §. Si ꝗs
ſeruū. ff. depo. l. ꝗ mercedē, cū l. ſequē. ff. locati. l. ſi vt certo. §. nūc videndū, ff. cōmo.

Proinde nõ sufficit facere, quod alij solent principes, & tesserã securitatis (quasi eo ipso res sit planè expedita) more aliorum Principum dare: Sed ita publicis vijs prospicere, vt tutò ambulari possint. Et ad hoc, vt Dominus euitet pœnam (quãdo cõstat de delicto vel maleficio in suo territorio commisso) necesse est vt probet oẽm
44 diligentiam, ne tale aliquid fieret: Culpa enim abest, si omnia facta sunt, quæ diligens quisq; obseruaturus fuisset. l. si merces. §. qui columnam. ff. loca. Et tenetur aliquis præstare maiorem diligentiam in alienis rebus, q̃ suis: quia in suis culpa culpatur, in alienis damnatur. l. si constante. §. si maritus. ff. solu. mat. Ang. §. item is cui Iusti. quib. mo. re contr. ob.

Probandum enim fuisset non solum (licet post longum temporis interuallum) quæsitos malefactores. l. fi. C. de his, qui lat. oc. l. 2. §. Sin autẽ. C. de rap. Sed quod etiam posuerit ad loca, per quæ viatores transire debebant, sufficientem custodiam. d. l. 2. §. in Sardinia. & Ang. in l. nequid in prin. ff. de incen. rui. nauf. vbi notabiliter dicit, satis potuisse prohibere, si in loco suspecto potuisset retinere custodes, & non retinuerit. notat Bart. in suo cons. 102. & Fran. de Cap. per integrum cons. 40. positum sub cons. Lauren. Calca. incipi. Stante statuto. Quare cùm horum nihil sit ritè factum; constat Episcopum nõ tam ex facto Officialium, q̃ suo proprio teneri.

Solutio sexti argumenti.

INcursus latronum numeratur inter casus fortuitos. Nemo autem de casu fortuito tenetur. Respond. Consequens huius Enthimematis intelligi de illis casibus fortuitis, qui ex fato contingunt, nimirum, ruina, naufragio, incendio (quod tamẽ citra culpam inhabitantium fit) Secus autem in damno, quod fato non contingit, veluti incursu latronum, qui casui fortuito, vt in antecedenti dicitur, non æquiparatur, se-
45 cundum con. DD. & Bald. cons. 346. in princi. in 1. par. nisi quando nulla diligentia, vel consilio prẹuideri, vel vlla potentia resisti potest: Casus. n. fortuitus est, quẽ humana diligentia præuidere non potest. l. quæ fortuitus. C. de pig. act. & quæ ibi notantur. et vt Iurison. ipse dicit. l. 2. §. si eo tempore. ff. de ad. re ad Ciui. Per. casus fortuitos esse, quos nullum consilium humanum præuidere possit. Ibi vt diligentissimus præuidisset, non potest dici casus fortuitus, per tex. in. c. Ioannes, extra de homic. vel saltem quo ad hoc, perdit multum de natura casus fortuiti, et incidit in communem naturam contractuũ aliorum. d. l. quæ fortuitis à contrario. & not. Cynus in l. 1. q. 1. C. depo. Cùm ergò iste casus non modò præuideri, sed etiam prohiberi potuerit (sicut certè potuisset, nedum paruo negocio, Episcopus, sed & debitè incõtinenti persequendo, facilè remorari & deprehendere malefactores) Sequitur, Episcopum esse in culpa, non modò leuissima & leui: sed etiam lata, doloq;: quia in dolo est, qui non facit, quod facere deberet. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand.

Etsi casus fortuitus vllatenus dici posset, tamen vbi culpa præcedit casum fortuitum, tunc casus non excusat, etiam si ex natura contractus non veniret nisi culpa. l. si vt certò. §. interdum, cum multis concor. ff. cõmo. c. quamuis: & ibi Canonistæ, de reg. Iuris.

Ex his etiam patefit solutio appendicis, vt deriuando in se periculum aliquis, teneatur de casu fortuito. Requiratur specialis expresio: Nam cum eiusmodi latronũ incursus fuerit à prudentissimo & diligentissimo præuisibilis, iam tum casus fortuitus dici nõ potest; ideo de eo tenetur Dominus, sicut de alijs. Tunc enim tenetur resarcire damnũ, quando custodire potuit, ne daretur damnũ, & nõ custodiuit. tex. in l. Sed & de damno. ff. loca. Benè facit l. diuus, in fine. ff. de. off. præs. nota Calca. Cons. 61. vers. 3. Pro hoc facit & vers. ad hoc accedat. & maximè, quando maleficiũ est ita palàm, q̃ omnes sciũt, vt dicit Bart. in l. nequid. sicut in nostro casu. Et patet ex præmissis: nam omittendo exactissimam diligentiam, fuit in culpa saltem leuissima: fecit enim contra id, quod facere debuit. l. qui non facit. ff. de reg. Iu. Igitur tenetur. Ex hoc infertur, q̃ si præstans saluum conductum potuisset per speculatorem vel exploratorem, ad hoc prẹmissum (maximè isto tempore Nundinarum) vt loca periculosa perlustraret (sicut per alios Principes fieri consueuit) præsensisse insidias, vel periculũ imminens, & propterea euitasse aggressuram latronum (vt aliâs plerunq;

plerunq; per diligentes Guidarios fieri solet) sed ex negligentia nullum præmisit, quod talis assecurans, tanquam in culpa resistens, tenetur resarcire damnum, quia non cōtigit hoc damnum casu fortuito, cùm potuerit præuideri. Et quia nō custodiuit diligentissimè custodiæ suæ commissum, verùm omisit aliquid de contingentibus: quod si non fuisset omissum, ipse custodiendus verisimiliter saluus mansisset: meritò obligatur, quia in ista exactissima diligentia consideratur non solū culpa in faciendo, sed etiam in omittendo, vt suprà latè: etiam pro ista illatione optimè facit tex. in l. 2. §. quod diximus, vers. Si quis tamen. ff. Si quis cauti. vbi probatur, quod casus, qui euitari potuit, non excusat.

Solutio septimi Argumenti.

QVòd in alijs Prouincijs persæpè sit fracta fides publica, eo tamē nomine nullus Præses ad ablatarum rerum restitutionem sit contradictorio iudicio compulsus, atque ob hoc Iuri cōmuni per nō vsū, per quem interdū cōsuetudo inducitur, sit derogatū.

Ad hoc dici potest: Necessariò requiri, vt Episcopus probet (si consuetudini inniti velit) factum ipsum, per quòd consuetudo inducitur: quandoquidem ipsa consuetudo facti est, & in facto consistit. c. 1. de const. li. 6. quæ facta sine lucida probatione non præsumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & postli. Tale autem factum non probauit: Ergò præsumi non debet iurib. allegat.

Quòd etsi contrarium probâsset Episcopus, scilicet deprædatis in suo Territorio, vel alicubi, restitutionem à Dominis Territoriorum non factam: nihilominus tamen ruiturum esset hoc fundamentum, nimirum, super harenam, hoc est, vsu vel actu negatiuè positum: ex quo communiter nulla introducitur consuetudo, cùm consuetudo communis sit assuefactio, vel actuum repetitio. Sed circa negatiuam non est reperire actum: vt si non lego, non canto &c. Ergò multominus assuefactionem vel iterationem. Io. And. in Nouel. in c. Ioannes, de cle. cōiug. Nam non entia, non habent materiam neque formam. arg. l. actor. C. de prob. 46

Nec aduersatur c. Ioan. in opp. all: quod aliquando per non vsum consuetudo introducatur: nam hoc intelligitur, quando non vsus habet in se tacitum vel implicitum actum, contra dispositionem Iuris communis, aut in substantia aut forma: & sic loquitur casus d. c. Ioan. Nam non deferendo tonsuram, videtur committere contra legem, quæ inducit delationes tonsuræ. Aliud exemplum. Lex diuidit hereditatem communiter inter filios hæredes patris, modò si populus alicuius Ciuitatis vtitur actu contrario, scilicet, quòd maior natu totā habeat: sicut est in Anglia, tunc licet secundo genitus nunquam fuerit vsus Iure communi nihilominus inducitur consuetudo, quia hic actum fuit contra Ius commune. Permulta similia, quæ ponit Cynus, loco infrà allegando. Sed vbi non vsus non habet tacitum vel implicitum actū, contrariū dispositioni Iuris, nec in substātia nec forma, vt quia nō accidit casus vel accidit, sed homines nō sunt vsi lege pro illo casu, nec tamen fecerunt contrarium; tunc non vsus nōn tollit legem. Exempli gratia: Lex dicit, damnum iniuria passo, legis Aquiliæ dari actionem: is autem, qui passus est, nunquam egit. per hoc non est inducta consuetudo contra legem. Item, Prætor permittit interponi cautionem damni infecti, si ædes ruinam minentur: cautio autem non petitur neque præstatur, per hoc non est inducta consuetudo contra legem; quia vt dicit Abb. d. c. Ioannes. Illa lex non necessitat ad vsus, sed ad facultatem agendi. Ex quo infert aliam regulam; quòd in his, quæ sunt meræ facultatis, non inducatur consuetudo. De quibus omnibus latè Cynus in. l. 2. col. 8. vers. expediti sumus, de prima principali. q. C. quæ sit longa consuetudo. De quibus omnibus Io. And. in d. c. Ioannes. Alex. cons. 132. incip. visa facti narratione, in 2. col. 1. volu. & cons. 136. incip. in causa; col. 5. 2. volu. cum multis alijs.

Est ergò veritas, consuetudinem non Episcopo, sed actori suffragari: qui vltrà hoc, quod Ius commune habet, actibus positiuis innititur, nempe, restitutionem rerum ablatarum à suo etiamnū prædecessore, mercatoribus, in suo Territorio cōcussis, factam. Quibus exemplis nunquam respōdebit vllis etiam anxiè quæsitis coloribus. Quæ exempla rectè, & non sine fructu (vt causatur Dominus Episcopus)

induci possunt: nõ vt ex eis iudicetur, sed vt ex eis veritas comprobetur, vt voluit Bart. in l. nemo. C. de sen. vbi allegat l. 1. §. nunquid. ff. de postu. vbi exemplo Appij Claudij Caeci, caecum magistratu fungi posse Iurisconsul. ostendit. Sic ergò actor non modò Iuris ratione, sed & superiorum & aliorum Principum exemplis, Episcopum ad emendanda damna teneri probauit. Sic enim in similibus, damna emendarunt Palatini, vt 17. & 40. actoris testes dicunt. Sic Moguntinus Episcopus, vt 39. 40. & 41. eiusdem actoris testes asserunt. Sic praecessor Episcopus N. deprædatis in suo Territorio subuenit, vt 30. & sequentes actoris testes ferè decem docuerunt. Quibus maiorum & vicinorum exemplis veritas (quæ sæpius confirmata magis splendescit. 35. q. 9. graue. 30. q. 5. c. nec illud, in fi. & c. Iudicantem) abundè patet, Iuriq́ communi robur addit. Quare, cùm actor probauerit damna aliquoties reposita: Episcopus autem ne vllo teste non vsum vel dissuetudinem ostenderit: coercebitur ipse Episcopus non immeritò, vt semitam patrum (quod iussit Salomon) sequatur, & Iuris & æquitatis ratione actori damna reponat: affidati enim decipi non debent, vt not. Alb. in tract. stat. q. 39. incip. Quæro etiam. 3. col. 4. par. Quod si minus fieret, deceptum se causari posset actor.

Nec obstat, etiamsi istæ damnorũ repositiones in contrario Iudicio nunq́ essent obtentæ: de Iure enim hoc non requiritur. Suprà enim dictum est, legem non necessitate ad vsus solùm dare facultatem agendi. Sufficit ex parte actoris, q Episcopus probare non potest, Iuri communi per non vsum aliquo modo derogatum, vel contrariam consuetudinem inductam esse, per ea, quæ suprà relata sunt.

Quòd autem Dominus Episcopus in sua Replica diluere vult ista exempla, vicinorum Principum, dicens: Securitates esse impares (Quod aliter intelligi non potest, q̃ q aliqui cum determinatione & restrictione, alij generaliter præstent saluum conductũ) Ideoq́ diuersum esse Ius inter eos, quo ad reponẽda damna &c. Ex quo hoc dilemmate potest conuinci Episcopus, qui determinata sua securitate se tueri conatur. Aut enim Palatini, Moguntinus & alij Principes eiusmodi determinata securitate, veluti Episcopus, vsi sunt: & tamen damna læsis in pari casu reposuerunt, vt probatum est: tunc malefacit Episcopus, qui diuersum obseruat, & à laudabili, atq; Iuri conformi consuetudine suorum ęqualium, & superiorum, à quibus iustum argumentum sumitur, vt dictum est, recedit. Aut isti Principes, recta, plena, & fraude carente securitate, secundum Ius commune, vtuntur: tunc latissima culpa & fraude carere non potest Episcopus, qui non tam contra Ius commune, sed etiam contra obseruationem Maiorum suorum, mutilam & deceptoriam securitatem præstat, neq; facit, quod alij facere solent Principes. Per quod etiam responsum est quinto argumento.

Sed posito per imposibile, Episcopus probasset aliquam consuetudinem, de qua suprà dictum est. Ex ea tamen nihil aliud consequi posset, q̃ vt multis modis per eam ad delinquendum via sterneretur, non tam alienigenis (qui cùm scirent, Dominum ex ista imperfecta & deceptoria securitate non teneri, atq; adeo ad persecutionem non maturaturum, multò liberius atq; licentius essent prædæ & latrocinijs inhiaturi) q̃ esset Prouincialibus, qui pariter prædaturi essent, eo prętextu, quasi exteri fecissent, securi debitæ persecutionis, & damnorum reponendorum à Domino, hoc est, quod in simili prouidit l. 1. §. 1. ff. nau. caup. stab. ibi. Nisi hoc esset statutum, daretur materia cum furibus, aduersus eos, quos recipiũt, coeundi.

Sed constat, q etsi longæuę consuetudinis non sit vilis auctoritas: non est tamen tanti roboris, vt Iuri positiuo posit aliquod præiudiciũ generare, nisi fuerit rationabilis & legitimè præscripta. c. fi. de cens. c. inter dilectos, de exces. præ.

Nec talis consuetudo, quæ nutrit malos mores, tollit legem. Imperator enim, qui dat cõsuetudinibus autoritatẽ, nõ intendit per hoc autor esse delictorũ: Quod enim ipse nulla ratione cõcederet, alijs pmittere nõ videtur. Verba sunt Bald. l. de quib. ff. de leg. vbi declarat, q̃ sit bona, q̃ mala cõsuetudo. Accedat, q cõtra honestatẽ nõ valet cõsuetudo. c. cũ decorem, Decretal. de vi. & ho. Cle. Per illas autẽ deceptorias securitates nõ modò honesti ratio pessum iret, sed et multiuarijs hominũ malitijs, & detestandis conatibus occasio dareť, quibus obuiãdũ & nõ indulgẽdũ, Celsus. l. in fundo. ff. de rei vend. iubet.

Ex

Ex quibus omnibus & singulis apparet vera conclusio suprà posita: nempe, Episcopum Ciuitat.N.actori, dato saluo conductu, & recepto Guidagio in Territorio suo deprædato, ad damna reponenda teneri: quod saluberrime Iura vt alia omnia pro tuenda & conseruanda salute & conuersatione humana statuerũt. Arg. sæpedictæ.l.1.§.1.ff. nau.caup. stab. ibi: Maxima enim est vtilitas huius edicti, quia necesse est plerunq; eorum fidem sequi, resq; eorum custodiæ cõmittere.

SVMMARIA.

1 Tuitio Territorij, quæ continet defensionem, an sit indiuisibilis.
2 Prouisio facta de vno, includit id, q̃d cohæret.
3 In ciuitatibus nullus est timor violentiæ.
4 Quod sit præcipuũ in principe Ecclesiastico.
5 An actus frustratorij valeant.
6 An prætor posſit dare formam, quæ aduersatur generali Principis legi.
7 Quis propriè dicatur securus.
8 Paria sunt inutile & nullum.
9 An & in quibus Principum circumuicinorum consuetudo attendenda sit.
10 An stylus ab antiquo obseruatus, sine fraudis suspicione mutari posſit.
11 Ratio restringit dictũ, & p̃stat essentiã dicto.
12 Testium dicta non sunt calumnianda, sed adiuuanda.
13 Episcopus tenetur bonas & laudabiles cõsuetudines introducere.
14 Episcop' est Procurator Ecclesiæ & tutor.
15 Episcopo committuntur res Ecclesiæ, non dissipandæ sed adiuuandæ.
16 An Imperialia statuta in omnibus locis valeant.
17 An Episcopus contra Ius aliquid statuere posſit.
18 Differentia inter Locationem & securitatem.
19 Prouisio qualiter debeat esse.
20 Vnde securitas vim suã accipiat, an ex numero casuum inutilium, an casu magis necessario.
21 Defectus, quem quis effugere non potest, conuentitia casuum enumeratione eludi non debet.
22 Inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium.
23 An Officiali publico, sub cuius nomine decipi nemo debet, sit credendum.
24 In hoc veritas est in dubio, quod multiplex est, & dubitantis nullus est consensus.
25 Ex intermiſsione modici verbi, status & veritas totius orationis demutetur.
26 Renunciare Exceptioni peremptoriè, est donare.
27 Audiendus is nõ est, q̃ se vltro vult perdere.
28 An dolo vel maleficio uturo quis renunciare posſit.
29 Non est maior virtus taciti, quàm expreſsi.
30 In hoste q̃d reqratur, vt licitè bellũ moueat.
31 Inducta in alicuius odium, non debent verti in eius commodum.
32 An Dominus vectigalia accipiens, ad custodiam Territorij die ac nocte teneatur.
33 An Dominus teneatur ꝓ damno dato lęso.
34 Qui non facit, quod debet, censetur aduersus ea fecisse, quæ debet.
35 Omne id, quod in delictum tendit, praue factum esse præsumitur.
36 An id, quod vmbraticè factum est, valeat.
37 Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid sit.
38 An Prælatus teneatur ex delicto familiæ.
39 Non est cedendum, sed resistendum, dum potest resisti.
40 An testis vnicus fidedignus, cuius depositio vehementibus aliquibus coniecturis adiuuatur, plenè probet.
41 Purgatio alicuius rei, quando indicetur.
42 An in ijs, quæ difficilè probantur, sufficiat probatio per coniecturas.
43 Ex pluralitate præsumptionum an aliquis condemnari posſit.
44 An ex sequentibus ad præterita, valeat præsumptio.
45 Suspectus an posſit esse testis.
46 Vbi duo sunt necessaria, non sufficit, si alterum tantum interuenit.
47 Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.
48 Episcopus tenetur ad damnum læso datũ.
49 An dictio simpliciter posita, tota intelligat.
50 Boni viri non allegant, quod probare non possunt.
51 An satis sit totam rem esse similem in eo, quod ad rem pertinet.
52 Quid sit, sequi vestigia Antecessorum.
53 Instrumentum factum ipsius nomine, cuius debebat fieri, valet.
54 In casibus similibus, similia Iura statuũtur.
55 An actus à prouidis & honestis personis factus, præsumatur iustè & legitimè gestus.
56 Princeps verbum suum mutare non debet.

CONSILIVM SECVNDVM pro eodem.

ADiuua nos Deus ſalutaris noſter. Quamuis in iſto ſecuritatis violatæ negocio ſuperiori anno, antequam probationes fierent, conſilium fecerim: nunc tamen, factis probationibus, latior Iuris informatio pro parte actoris à me petitur. Et ſunt ſanè multa & varia per Dominos aduocatos vtriuſq; partis diſceptata, quæ attingi debuerant. Verùm quia bona pars in dicto conſilio tractata eſt, in præſenti informatione eo me breuioribus abſoluam. Inuenio autem tria præcipua, circa quæ tota iudicationis vis & cardo conſiſtit. Vnde hoc conſilium per tria capitula diſtinguendum eſſe putaui.

Primum concernet ſecuritatis conditionem.

Secundum tanget aſſertam Domini Epiſcopi diligentiam.

Tertium tractabit, an Dominus Epiſcopus actori, ad reponenda damna paſſa, ſit obligatus.

Accedentes ad primum capitulum tria occurrunt, quæ circa conditionem & ſtatũ dictæ ſecuritatis dubitari poſſunt. Primò: cùm charta ſecuritatis duos intellectus recipiat: alterum limitatum, alterum verò non limitatum: id quod in priore Conſilio, in primo capite latius tractatur. Vnde dato, quòd charta ſecuritatis limitatum ſaluum conductum contineat: dubitatur, an Dominus Epiſcopus huiuſmodi limitatam ſecuritatem actori iure dare potuerit.

Secundo, An dictus actor, recipiendo dictam chartam ſecuritatis, eam ita acceptauerit, vt per hoc iuri & commodo ſuo præiudicauerit. In his duobus punctis pars aduerſa fundamentũ ſuum potiſsimè locat. Proinde diligẽter ſunt diſcutiẽda.

Tertio, An dictus ſaluus conductus Titium de N. qui publicus hoſtis fuiſſe dicitur, comprehenderit.

Super primo dubio, Cùm in priore meo conſilio latè diſcernerim, qualiter dicta charta ſecuritatis intelligenda ſit, & quis intellectus de Iure præferri debeat. Vnde ne in diſceptandis ſuperfluis ſim longior, concluſiuè dico: Si, & in quantum dicta charta ſecuritatis limitatum ſaluum conductum contineret, quòd talis limitata ſecuritas de Iure non ſubſiſteret. Quæ concluſio rationibus ſequentibus (quarum aliquæ etiam in priori Conſilio tactæ ſunt) conſtare poterit.

Et primò, Certi Iuris eſt, quod Dominus Epiſcopus, cũ ſit Princeps & Dominus Territorij Ciuitat. N. ſaltem electione: Vnde ad cuſtodiam totius Territorij tenetur, ad ſecuritatemq; in toto ſuo Territorio præſtandam eſt obligatus. Proinde, ſicuti cuſtodiam Territorij ſui ad certa tantum loca limitare, & reliqua incuſtodita relinquere non poſſet: cùm tuitio Territorij, quæ defenſionem continet, ſit indiuiſibilis. ar. l. ex contractu, in fi. De re. iud. l. in execut. §. in ſolidum, de ver. oblig. Flori. in l. ſi commune, in princi. ff. ſi quadru. paup. fe. di. Ita nec ſecuritatem ſuã ad certa loca limitare potuit, alijs locis inſecuris relictis, & rapinis expoſitis. Hæc enim duo, cuſtodia & ſecuritas terrarum, connexa ſunt, & à ſeſe mutuo non ſeparantur, cùm fructus cuſtodiæ ſit ſecuritas, & ex regalibus vtraq; producantur. Publicè enim intereſt, ſine metu & periculis per itinera commeari. l. 1. §. ſummam, ibi Bart. ff. de his, qui deiec. vel effu. l. 1. C. de nauicu. lib. 11. & eſt Arg. in rubr. & in gl. C. de iti. & litto. cuſto. lib. 12. facit tex. eleg. & not. in l. in nomine. C. de off. pręf. pręt. Aphr. Cuius ſententiã quantum ad propoſitum ſatis eſt) hîc ſpecialius ſubſcribere placuit. Nempe à principio dictæ legis Imperator armatas militias ꝓ tuitione locorũ ordinat, q traiectũ, id eſt, ne per flumina traijciat, ſeruare poſsint. Itẽ in Sardinia milites ꝓ cuſtodia locorũ iuxta mõtes haberi, qui ab omni hoſtiũ incurſu ſubiectos tueanť illęſos: & id ipſũ die noctuq; fieri iubet, maximè circa Prouinciarum clauſuras. Siquidẽ conueniat, vt ſemper cuſtodes fines Prouinciæ ſeruent,

ne hostibus incurrendi deuastandiq; loca, quæ subditi posſident, licentia detur: & vt prouinciæ in securitate & pace, vigilijs & laboribus militum, custodiantur integræ, illæsæ: neue incustoditæ relinquantur &c. Hæc lex clauis est & cardo huius decisionis primi dubij. Vnde concludimus, quòd Dominus Episcopus sicuti nec limitatam custodiam facere potest: ita & securitatem limitatam in nostro
casu dare non poterat. Prouisio enim facta de vno, includit id, quod cohæret. 2
glo.c.sit Christus. 1.q.1. cùm connexorum sit idem iudicium. glo.c. quo Iure, dist. 8.1. concord. Bald. l. cum necessitatem, C. de fideicom. Et vulgò dicitur, Qui vult antecedens, velle & consequens. l. illud, de adquir. hære. Vnde, nisi consentiat securitas cum obligata Territorij custodia, imperfecta erit, & nullius momenti ea securitas. Arg. l. nisi consentiat. ff. De accepti la. Et hæc sola ratio laudatiss. iudicibus sufficere posset. Sed latius agendum est.

Vnde secundò moueor. Nam satis constat, quòd dicta limitata securitas si ad- 3
mitteretur, aut nihil aut modicum prodesset. In ciuitatibus enim non est violentiæ timor. l. non est verisimile. vbi est tex. not. ff. quod met. cau. Porrò subditi, quorum Dominus Episcopus potestatem habet secundum communiter accidentia, nec vim nec aggressuram facturi præsumuntur: tum quod magistratibus præsentibus coërceri posſint. arg. l. pupillus. §. Territorium, De ver. sig. tum quod per Episcopum, principem Ecclesiasticum, gubernati, quietiores cæteris esse creduntur. Nam ad principes Ecclesiasticos in primis pertinet, magna sollicitudine ad 4
hoc intendere, vt apud suos omnia sint tutisſima. c. 1. dist. 86. c. 1. §. Episcopos. ibi Alua. de pac. iur. fir. Car. de 1. in 10. not. De off. ord. Ad quid ergò Actori vel contra Ciuitates vel subditos oppid. N. securitate opus fuisset? Nec enim recipienda est prouisio, quæ in eum casum conferretur, qui parum ferret commodi. l. hoc modo in ratione sui, De condi. & demon. Et constat, quòd actus frustratorij 5
à iure improbantur. l. hæc stipulatio. §. diuus, vt leg. non cauc. c. 2. De prob. cum si. in priori consilio, in vers. 5. iuxta ad fi. fol. 6. latius allegatis. Verùm pars aduersa hanc rationem callido commento effugere contendit, vt in solutionibus obiectionum latius apparebit. Deniq; incredibile videri potest, dolum abesse ab ea securitate, quæ datur, vbi non est opus, & recusatur, vbi maximè erat necessaria. Apud Rheto. ingenti vitio datur, esse solicitum in his, quæ nihil ad rem pertinent, & ea negligere, quæ caput causæ concernant. Addo: quòd per huiusmodi securitates socordia in Episcopis nutritur. Dum enim credunt vix fieri, quòd sui attinentes vim faciant: verba autem securitatis aliorum oppresſiones excludant. facile fit, quòd Episcopi, de externis prædationibus securi, id est, non curantes, oppresſorum damna negligant. Verùm interim Territoria prædis & latrocinijs replebūtur, cum Principum ignominia non mediocri. arg. d. c. 1. dist. 86. cum si.

Tertiò: contra dictam limitatam & mutilatam securitatem facit. Nam per huiusmodi saluos cōductus iusta & perfecta securitas populi Romani violatur & deprimitur. (Ciuitates enim Imperiales pars populi Romani sunt) vnde verendum est Dño Episcopo, vel saltē Officialibus suis, ne in crimen lesæ maiestatis incurrant, dimidiatas istas securitates dando, arg. eorum, quæ habentur in l. 1. in prin. & ibi Bar. ff. ad l. Iul. maie. Violari enim & opprimi securitatem populi per huiusmodi mutilationem, quis non videat? Cùm enim saluus conductus ad certa tantum loca restringitur: certè in alijs locis denegatus esse intelligitur. arg. l. cùm prætor. ff. de iud. Quo fit, vt ex eiusmodi mutilatione & restrictione securitatis, hostes & prædatores ad rapinam excitentur, & loca non assecurata impunè obsideantur, prædæq; pateant. Quod profectò quid aliud est, quàm hostes ad nocendum excitare? populiq; Romani securitatem opprimere? fa. l. Lex 12. tab. ff. eo. tit.

Quartò: facit elegans dictum Odof. in l. Farina. C. de offi. præf. præt. Ori.
cùm dicit: Præfectum præt. formā subditis dare nō posse, q̄ aduersetur legi genera- 6
li principis. At in ꝓposito lex generalis principis dictā formā mutilatę securitatis oppugnat. d. l. in nomine. Vnde dari alijs nō potuit. Et dicit Bal. cōsil. 335. ante fi. 2. part. legē superioris ab inferiore tolli non posse. Quibus cōsequens est: q̄ cùm

ſecuritas ſit præſidium legitimum. Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores, De offi. præf.
Lex autem opus imperfectum neſciat, nec actus faciat dimidiatos, quæ facilè
fruſtrarentur. l. ſi quis ſeruum. C. qui mil. non poſ. li. 12. Auten. De non alie. in
princ. Autent. De exhi. re. §. 1. in fi. Auten. De Imp. §. ſi, quis, in fi. Proinde
non eſt quæſita ſecuritas, quæ non ſit perfectè quæſita: ſicuti non dicitur libe-
ratus, cui non eſt perfecta libertas abeundi. l. 2. de lib. hom. exhib. l. in eadem.
& ibi not. l. ſuccurritur. ex quib. cauſ. maio. fa. in arg. glo. in c. Nam & ego, De
7 ver. ſig. Et dicit Bal. in l. 1. ad fi. C. ſi aduer. ſol. eum propriè dici ſecurum, qui
habet efficacem & inexpugnabilem ſecuritatem: eum enim, qui impugnari poſsit,
ſecurum non dici. Et Ang. in l. Papinianus. §. ſi quis mortis, De inoff. teſt. Eum,
cui data eſt ſecuritas, nullo modo, vel directè, vel per indirectum, vexari debere:
aliâs ſecurũ non dici. & dicit Sali. in l. reos 5. col. verſ. expeditis cõtrarijs. C. de ac-
cuſa. per ſecuritatẽ tolli plenã cauſam timoris. Facit, quæ eleganter tradit Corſetus
in ſuis ſingularibus, in ver. ſecurus. Eum, qui ſecuritatem ꝓmittit, hoc efficere debe-
re: vt is, qui eam accepit, nullam incurrat læſionem. all. glo. in fi. in l. ſi mandato
Titij. §. fi. ff. mand. Ang. l. 1. qui ſatiſd. cog. But. & Im. in c. quotiens, De pact.
l. 1. §. quotiens, De ven. impoſs. mitt. In nihilũ igitur recidit ſecuritas, quæ ad certa
8 loca limitatur, & non in toto Territorio ſecurum reddit. Paria enim ſunt inutile et
nullum, vt dicit Bal. conſil. 25. 1. part. Sic etiam inumbrata hominis ratio nõ eſt
ratio l. quod meo. §. 1. De adquir. poſs. Et viciosa cautio, non eſt cautio. l. quorũ,
qui ſatiſd. cog. Et imperfecta tranſactio non eſt tranſactio. l. 1. ff. ad Tertul. Ita di-
midiata iſta & limitata ſecuritas, nomen ſecuritatis nõ meretur. Et ex Lucano vul-
gò decantatur: Nihil eſſe actum, cùm aliquid ſuper ſit ad agendum. Quod & Im-
perator tranſſumpſit, in l. pe. ad fi. Et in glo. cũ concor. C. de his, quib. & indig.

9 Quinto: Ex conſuetudine circumuicinorum dicta concluſio probatur. Nam nõ
eſt dubitandum, quin conſuetudo principum circumuicinorum probationem ha-
beat, & præſtitæ ab eis ſecuritates totum eorum Territorium, nõ aliquam partem,
reſpiciant. Id enim non ſolum ex teſtibus aliqui firmare videntur: ſed etiam ex ipſa
facti & iuris euidentia conſtare poterit, qua non eſt melior probatio: vt dicit Paul.
de Caſt. cõſil. 178. conſil. 304. qui all. Inno. in c. propoſuiſti, De proba. l. ſi pars.
ff. de inoff. teſt. l. poſtquam in fi. ff. de pet. hæred. Nec enim credendum eſt, quod
Domini Territoriorum mutilatos & conciſos viatoribus cõmeatus dando, Terri-
torium negligenter curent, relinquant incuſtoditum, & prædonibus graſſandi fa-
cultatẽ ſuo eorum facto præbeant. Arg. eorũ, quæ ſuprà recitauimus, ex d. l. in no-
mine. C. de off. præf. poteſt. Afr. Et fa. l. 1. §. quies, De off. præf. vrb. l. cõgruit. 53.
De offi. præſ. cum ſi. Et cùm habere Territoria inter regalia comprehendatur (vt
ſuprà dixi. & per Bal. conſil. 49. 2. par.) Certè principes vicini abuti regalibus
non præſumũtur. Atqui huiuſmodi conſuetudo circumuicinorum attendenda eſt,
ne ſcandala vel pericula ſuboriantur. c. ſuper eo, cũ glo. de cog. ſpir. c. ſopitæ. c. ec-
cleſijs. c. ſuper eo, de cenſi. Et dicit Caldo, in tit. de cenſi. conſil. 4. Generalem cõ-
ſuetudinem circumſtantijs viciniæ attendi, quam imitari & alij vicini debeant: aut
docere, quo iure ſint immunes. all. Inno. Pet. de Anch. in c. dilecto, De off. Arch.
Et eſt pro hoc tex. no. in c. contra morem, poſt prin. verb. nulla, diſt. 1. Et hæc
ratio non immediocriter vrget.

Et ſexto: Vt vitium limitatæ & mutilatæ iſtius ſecuritatis euidentius appareat:
ex teſtium Domini Epiſcopi depoſitionibus clarè patet, quòd ab antiquo Epi-
ſcopi Ciuitat. N. in dando ſaluo cõductu, eã limitationẽ & mutilationẽ, quæ in au-
lam Epiſcopalẽ irrepſit, in vſu non habuerunt: ſed legitimã ſecuritatem, conformẽ
cæteris principibus, & Iuri communi viatoribus præſtiterunt: Hoc enim ex
trium teſtium dictis colligitur. Nam teſtis. 27. Domini rei, Dominus N. Cano-
nicus Oppidi. N. rotuli examinis, clarè & expreſsè dicit, formã ab antiquo fuiſſe.
**In ſeiner Gnaden Stätten / für menigklich / vnd in ſeiner G. Land vnd ge-
bieten / für ſein Gnad / die ſeinen vnnd anderer / deren ſein Genad vngefarlich**

mächtig

mächtig ist rc. Et is testis antiquam chartam securitatis protulit dicens, eam formam ante multa tempora obseruatam: subiungens pro causa scientiæ, quòd is ipse securitates huiusmodi partim ex officio dederit, partim scripserit. Cui testi in effectu concordant 23. testis. N. & 25. testis. N. in rotulo examinis, qui ambo eam formam ab antiquo obseruatam dicunt, Das jhr Fürstlich Gnade für sich/ die jhren/ vnnd deren jhr Gnade vngefarlich mächtig seind/ geglaittet hab. Et dicit dictus. N. ita quinque Episcoporum temporibus, quibus in Cancellaria fuerit, esse seruatu. Videant nunc clarissimi Domini Iudices, quia versutia, antiqua & legitima forma rectæ & germanæ securitatis, per Officiales (vt præsumi oportet) in nouitiam istam, & insolitam limitationem sit commutata. Nec caruit fraude ista demutatio: stylus enim ab antiquo obseruatus sine fraudis suspicione (nisi subsit causa probabilis) mutari non potest. arg. c. quàm graue, de cri. fal. Bald. in l. de quibus, vers. item quæritur. ff. de ll. Philip. Decius consil. 11. col. 8. At in proposito nulla poterit probabilis causa reddi, cur consuetus & legitimus ille antiquus stylus ab honesta sua forma, quæ Iuri communi consonat (Bal. l. quibus diebus, post prin. vers. Item not. hic, De condi. & dem.) in vitiosam istam mutilationem sit demutatus. Nisi forsan aliquis dixerit, Officiales subblandiri Episcopis voluisse, callidoque vaframento ad nutriendam socordiam Episcoporum id effecisse, vt copulatiua dictio, quæ circa finem securitatis posita erat, expuncta fuerit, vel in alium retrò locum translata: atque ita, quæ prius propter interpositam copulam separata erant, copula deposita fallaciter coniuncta esse conspiciantur. Quod si quis contenderet, prædictos tres testes articulum primum partis aduersæ concorditer astruxisse &c. non obstat. Quamuis enim hoc verum sit: in causa tamen scientiæ ea deposuerunt, quæ suprà deduximus. Et constat, quod dictum testis non ex eo, quod astruit; sed ex causa scientiæ perpenditur. Vnde dicit Alex. de. Imo. consil. 123. col. ver. & propterea 5. part. quòd non debet attendi dictum testis, cui ratio subsequens non respondet: cùm ratio dictum restringat. l. cùm pater. §. dulcissimis, De leg. 2. Et not. in l. si is, qui animo, De adquir. poss. & præstat essentiam dicto. per not. in d. l. solam. C. de testi. per Bal. in l. conuenticulam, De epi. & cle. & per alia, quæ allegat. Et est verisimile, testes illos non aduertisse ad captiosam restrictionem limitatæ & mutilatæ securitatis, quæ dicto primo articulo deducitur: sed eundem articulum non alio modo, quàm iuxta antiquas obseruationes intellexisse. Ad quod fa. elegans consilium Ludo. Ro. consil. 301. ad fi. cùm instruit iudicem, qualiter testium sermonem nō captiosè intelligat. Et vulgò dicitur: Testiū dicta nō esse calumnianda, sed adiuuāda Alex. Ia. l. 1. ff. si cer. pe. cū si. Cùm igitur ex prædictorū triū testiū dictis liquidò appareat, quòd ab antiquo securitas petentibus data est, pro Episcopo & suis, & præterea pro eis, quorum potens esset. Constat, nouiciam formam ementitæ & deceptoriæ securitatis, malis machinationibus, & contra antiquum & legitimum stylum, in aulam Episcopi irrepsisse; camque viatoribus contra ius & fas datam fuisse.

Ex suprà dictis rationibus credo euidenter esse fundatam veritatem dictæ conclusionis, in primo dubio positæ: quod Dominus Episcopus, vel eius Officiales, limitatam istam securitatem, nec iure, nec ratione vlla, viatoribus dare potuerint. Vnde restat, vt ad fundamenta partis aduersæ, in actis deducta, respondeamus.

Et primò: Dum per partem aduersam in nouissima Replica prætenditur, quòd Dominus Episcopus à quadraginta annis, iuxta continentiam primi articuli, saluum conductum dederit, allegando consuetudinem, &c. Breuiter nō obstat: Tum quia de cōtrario cōstat ex suprà dictorū trium testiū dictis; ex quibus probatum est, dictas mutilatas securitates ab antiquo datas non fuisse. Tum quoque quòd ista asserta consuetudo, si etiā extaret, praua esset, iniqua, & nō toleranda, vt q̄ ad crimina p̄dationis inuitaret. arg. l. cōuenire, De pactis dot. Et q̄ verbis iustitiæ Iustiniani

oppugnaret,

oppugnaret, sub verbo pacis & securitatis offendicula sterneret; sub facie salutis interitum subuolueret. Et in summa, quæ publicam securitatem Territorij exarmaret; publicæq; vtilitati obsisteret. Vnde talis consuetudo esset detestanda potius,
13 quàm toleranda, maximè in Episcopo, qui bonas & laudabiles consuetudines introducere debet. c. ad Apostolicam. ibi Abb. de Simo. Addo, quòd peccata diuturnitate temporis augentur, non minuuntur. c. cum haberet, ad fi. De eo, qui in mat. dux: quam poll. per adul. c. non satis, in fi. c. cùm in Ecclesiæ, vers. putant, De Simo. c. tanto, De consue. Ad præmissa fa. quæ traduntur per Philip. Cor. consil. 181. 3. part. Fran. Cur. consil. 17. cum pluribus vulg.

Quòd autem pars diuersa in dicta Replica asserit, se formas dictarum securitatum, sequendo antecessorum vestigia, ad optimum finem dedisse, &c. Certè tam non obstat: quod etiam contrarium re ipsa appareat. Cùm experientia doceat per nouitias istas limitationes totius Territorij custodiam & securitatem non tam manu teneri, q̃ deseri & annihilari, cum nutrimento prædonum & latronum, perperam & impunè grassantium. Si enim is, qui rem indefensam relinquit, eam occupanti dimisisse intelligatur, vt dicit Ludo. Ro. consil. 113. Quid aliud Dominus Episcopus mutilata sua securitate, quàm Territorium sine defensione dimittens, latrunculis deuastandum reliquit? Quod certè quantum dedeceat, ex eo potissimũ dignoscitur. Quòd cùm Episcopus sit Procurator Ecclesiæ: immo habeatur vt tu-
14 tor. glo. in l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emp. Ang. consil. 144. res Ecclesiæ ei
15 custodiendæ non dissipandæ committuntur. Fa. Bald. consil. 443. part. 3. Non igitur quod optimum, sed quod pessimum est, cum ista mutilata securitate effectum esse comperitur. Et certè posset mirum videri in Procuratore partis aduersæ, quòd is dictam assertam securitatẽ tam inconsideratè extollit, cõtra tot manifestas rationes, & contra ea, quæ in suis proprijs testibus, maximè ex tribus superioribus, colligere potuit.

Per prædicta etiam patet: non esse verum, ꝙ Dominus reus saluum conductum limitare possit, eiq; limitationi sit standum &c. Cùm per multas rationes suprà deductas directè contrarium edoceatur. Quo enim iure securitas Territorij illam legem aut modum accipere posset, per quem legitimus eius effectus mutilaretur &
16 restringeretur, & per quem, sub nomine securitatis, latrocinia & prædæ foueren- tur. Oportet (inquit Iurisconsultus) Imperialia statuta suam vim in omni loco obtinere & valere. l. prætor. §. diuus, De sepul. vio. Et iura publica priuatis obseruatiunculis non lædi, plus quàm notum est. l. Ius publicum. ff. de pact. l. fi. C. de sacro san. eccle. cum sim. Vnde pro parte Actoris in suis productis inter alia nõ immeritò dicitur, quòd dictus saluus conductus potius nomen fraudis, quàm securitatis habere mereatur. Nec tumultuari ea in re Dominus reus poterit, quasi durioribus verbis cum eo agatur. Nam qui honestatem sequi velit, rem iniquam & improbam non potest nominare probam & honestam: Væ enim, qui dicunt malũ bonum, tenebras lucem, vt est apud Esaiam, & qui nigrum in candida vertunt, vt Iuuenalis dicit. Et sic intolerabilis error est, quòd pars aduersa in nouissima Replica quadã epithasi iactitat, absurdũ esse, si quis neget, Dominum terræ suã securitatem determinare non posse. Immò absurditas maxima est talia asserere, cùm inferior superioris legem tollere non possit: vt suprà in primo dubio dixi, dum allegaui Bal. consil. 335. & Odof. in d. l. Forma, C. de off. præf. præt. Orien. Deniq; sit sanè Episcopus Dominus terræ: q̃d tamen nõ natura sed electione contigit: Ad bonũ tamen regimen, & bonã administrationẽ cùm sit obligatus (vt alio fine dicit Bal. consil. 449. 3. part.) hoc in primis agere debet, vt in Territorio sit securitas: non quidem limitata: sed quæ vim in toto & in parte habeat. Fa. Sali. in l. si pro-
17 fundo. C. de transact. Et cùm Episcopus contra ius nihil statuere possit: vt perplura docet Paul. de Cast. consil. 150. ad fi. Rectè infertur, ꝙ nec limitare aut mutilare securitatem Territoriorum contra ius potuerit. Cùm ea tandem sit legitima securitas, quæ sit perfecta, & per quam paci & tranquillitati totius Territorij consulatur, Id quod suprà satis probauimus.

Non

Non obstat, quòd pars aduersa multū improuidè dationem securitatis locationi & conductioni comparat: Cùm locationis contractus cum præstatione securi itineris nihil commune habeat. Nam locationis contractus ex consensu constat. At securitates ex necessitate tutelæ Territoriorum præstantur. Locatio ex priuatis conuentionibus consistit: Securitas ex publico iure tribuitur. d. l. 1. §. summam, De his, qui deiec. Pecunia autem, quæ in concedenda securitate soluitur, non iure contractus: sed pro quadā recognitione, quæ Domino terræ debetur, solui solet. Verùm pars aduersa ex vocabulo salui conductus ideo fortasse decepta est: ꝙ non perpendit, quòd conducere non semper contractum locationis respicit: sed etiam simul ductionem significat. 18

Præterea, cùm supra in secunda ratione probatur, dictam securitatem (si pro voto Domini Episcopi intelligeretur) nihil operari, &c. Pars aduersa in eius nouissima Replica, callidis vtitur euasionibus. Nam quinque aut sex casus colligit, in quibus d. securitas limitata operetur. Nempe, ꝙd Dominus Episcopus in Ciuitatibus, die & nocte, sciens & ignorans, siue ab amicis, siue ab inimicis vis inferatur, per d. securitatem obligatus sit. Item, pro suis latius teneatur, quàm Dominus Territorij &c. Breuiter: Ista nihil valent, & sunt merè commentitia. Nam non est verisimile, quòd propter huiusmodi enumeratos casus, qui raro eueniunt, securitate accipiantur, casusꝙ noster necessarius & potissimus (qui extraneos obsessores respicit) intermittatur: maximè propter prædarum & rapinarum frequentiam, quæ in Franconia facilè contingunt. Prouisionem enim fieri iuxta naturam & cōditionem locorum, ipsa ratio docet. Fa. c. Afros. & ibi glo. 93. dist. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. De ædil. æd. Pro quo fa. Cæpolla in tractatu simulationum. 21. præsumpt. Et dicit Feli. in c. accedens 1. col. 2. De litis contest. eum non dici securum, qui ex moribus patriæ verisimiliter tutus non diceretur. Proinde nemo credet, ꝙ Actor securitatem petierit in casibus, nulli periculo expositis: euentum autem imminentis periculi neglexerit. Stultus profectò esset & furiosus: imò prodigus vitæ & fortunarum suarum, qui contra oues se armaret, lupi autem sæuitiam negligeret. Quibus consequens est, nihil habere momenti, quòd per Procuratorem tot casus enumerantur, in quibus securitas effectum præbere erga Episcopū & suos poterat. Vnicus me herculè iste casus, qui Actorem à prædonibus tutum reddidisset, pluris ei fuisset, quàm numerosa moles huiusmodi casuum cōmenticiorum, qui nullius sunt vsus. In fabulis Æsopi vna ars Catti (insiliendi in arbores) plus ei profuit, quàm centū artes vulpeculæ, à venatoribus captæ. Sic & apud Græcos quondam vnus Nestor pluris erat, quàm mille Thersites, dicēte Horatio: Thersites numerum non vires auxit Achiuis. Et apud Vergilium: Pauci numero erant, sed bello viuida virtus. Sic et in iure nostro vna ratio fortior vincit plures alias minus fortes: vt dicit Abb. in c. suggestum, in fi. De Iure patr. Et est arg. in l. si is, qui. §. fi. De suspect. tut. in l. tanta. §. contrarium. vers. deinde, De vet. iur. enucl. Vnde securitas ista mutilata non ex numero inutilium casuum: sed ex pondere vnici illius casus, qui necessarius erat, & saluare poterat, vim debebat accipere. Non est ergo audiendus Procurator, qui tam grandem mutilatæ securitatis defectum, quem effugere non potest, commenticia casuum enumeratione pergat eludere. arg. eorum, quæ Feli. de elusione tradit, in c. Rodulphus, De rescrip. Qui alle. Domi. c. fœlicis, pe. col. de pe. in 6. c. 1. §. pe. De resti. pol. in 6. c. cùm olim, De re iud. c. dilectus, De præben. cum concor. Porrò Procurator, cùm istos casus collegit, non prouidit, quanta ipse Dominum Episcopum onerauerit ignominia. Nam si sufficere deberet, quod securitates Episcoporum in enumeratis tantùm casibus operarentur (vti Procurator adserit) consequeretur, quod plus esset periculi ab inhabitatoribus Territorij Ecclesiæ Ciuitat. N. quam ab extraneis pdonibus, scilicet, quod inhabitatores plus timendi forent, ne deprædarēt, quàm extranei. Siqdem securitates contra eos potissimè sumunt, à quibus pericula & oppres-

(Margin numbers: 19 beside "quæ in Franconia facilè contingunt"; 20 beside "iur. enucl. Vnde securitas"; 21 beside "bat accipere. Non est ergo audiendus Procurator".)

& oppreſsiones formidantur. Cæterùm quanro dedecori, quantæ ignominæ hóc eſſet Domino Epiſcopo, nemo ignorare poteſt.

Nec obſtat porrò, quod pars aduerſa in dicta Replica ſæpius ſe fundat ex verbo, **vngefarlich /** in aſſerta ſecuritate poſiro, quaſi dicta ſecuritas Domino Epiſcopo non debear eſſe captioſa, &c. Quia ea ratio, ijſdem ſeruatis terminis, ex Rhetoricis præceptis directè contra aduerſarios retorquetur. Si enim iuſtum eſt, quòd ſaluus conductus Domino Epiſcopo non ſit captioſus: erit & ex pari iuſtum, quod nec Actori ſecuritas fraudi ſit & captioni, quod & verũ eſt. Hoc em̃ verb. **vngefarlich /** tanquam doli clauſula apponitur: nempe, quòd dolus malus, fraus & captio excludantur. l inter ſtipulantem, in prin. De verb. oblig. cum ſimil. At ea ſecuritas Domino Epiſcopo, tanq̃ Domino Territorij, fraudi vel damno eſſe non poterit. Etiã ſi generaliter (vt fieri oportuit) data fuiſſet, cũ is ad eam ſecuritatem de Iure teneatur. Ediuerſo autem qua fraude, qua captione, quóue damno preſſus fuerit Actor, ex d. limitata ſecuritate, euentus eatenus docuit, vt ſors ipſius cõmiſeranda potius ſit, quàm in huiuſmodi cauillationibus ſubterrenda. Nam ſi ſine fraude ſecuritas eſſe debet: cur ad nutrimentum fraudis Actori data eſt? Si Actori in periculis fortuitis ſubuenire debuit: cur per eam Actor grauiſsimis periculis quàm
22 maximè exponitur? contra iura vulg. quibus dicitur, Inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium: & quæ ad ſalutem ſunt excogitata, non debent verti in iniuriam. l. legata inutiliter, & quæ ibi poſt Doct. dixi. de. leg. 1. l. quod fauore. C. de leg. l. meminerinr. C. vnde vi, cum ſim. Non eſt ergo in tota iſta charta ſecuritatis, quam Actor accepit, aliquod verbum, quod Dominum Epiſcopum magis & potentius ſubuertat, q̃ verbum **vngefarlich**: Atq; adeò tantum abeſt, vt hoc arg. quod ex d. verb. **vngefarlich /** ab aduerſario ſumitur, ei proſit: vt etiã per hæc defenſio ſua annihiletur.

Præterea non obſtat, quòd per partem aduerſam ſine vtilitate diſceptatur: qualiter Dominus Epiſcopus ſecuritatem ſuam, velut proteſtando, in eos tantummodo euentus limitauerit, qui in charta ſecuritatis deducuntur: quia de nulla proteſtatione apparet, etſi appareret: tamen Dominus Epiſcopus, nec cum proteſtatione, nec ſine proteſtatione limitatam & mutilatam huiuſmodi ſecuritatem dare potuit: vt ſuprà per multas rationes, & etiam per antiquum ſtylum Curiæ Epiſcopalis fundatum eſt.

Quod porrò prætenditur, limitatam cauſam limitatum parere effectum, &c. verum eſſe poſſet: ſi cauſa limitationem reciperet. Cæterum cùm in caſu noſtro limitatio ſecuritatis contra Ius publicum, contra fas, & omnem honeſtatem militet: certè hoc arg. non procedit. Nam radix morbida non facit virentem ſtipitem, & vitium originis ea etiam inficit, quæ inde ſequuntur, l. fluminum, §. vitium, De dam. infe. c. Cum inter ſi. De re iud. glo. in c. 1. de treug. & pac. cum alijs, ad hoc in priore conſilio fol. &c. allegatis. Et fa. Philipp. Cor. Conſil. 21. conſil. 25. 1. part. Quod autem prætenditur, prouiſione hominis Cæſare prouiſionem legis. l. fi. C. de pact. conuen. & ibi gloſs. &c. Non obſtat: quia iſta regula non procedit, ſi prouiſio legis ſit Ius commune, & plenius ꝓuideat, nec ſit facta nouatio, vt eleganter Iaſ. l. 2. C. de iure emphi. Quod ſi quæ alia in productis partis aduerſæ (ſæpè enim eadem res repetitur) inueniantur, quibus non ſit reſponſum: ſuperiora vicem ſupplebunt, ſcilicet, quòd ſatis reluceat, ſecuritatem præſentis quæſtionis ad eam reſtrictionem, de qua in actis diſceptatur, limitari vel mutilari non potuiſſe.

Nunc ad ſecundum dubium: An videlicet Actor prædictus, recipiendo ſimpliciter chartam ſecuritatis, eam eatenus acceptauerit, vt iuri & cõmodo ſuo præiudicauerit. In hoc dubio ero breuiſsimus: cùm in priore Cõſil. in obiectionibus ꝓ parte aduerſa, in ſecundo capite, fol. &c. factis, in 4. oppo. & in reſponſione ad huiuſmodi obiecta, fol. &c. in fi. cũ fol. ſeq. ea dubitatio bona ex parte ſit reſoluta. Vnde ex huiuſmodi reſolutionibus, & infrà dicendis, Concludo intrepidè, ꝙ dictus Actor, recipiendo d. mutilatam ſecuritatem, in eam non aliter, quàm pro cõmo-

do

do & vtilitate sua cōsenserit, aut eam acceptauerit. Nec enim præsumi potest, quod actor d. chartam vel legerit vel examinauerit: tum quia non ipse, sed famulus suus (vt ex eodem famulo teste secundo ad quintum articulum patet) eam recepit: tum deniq;, quod ex communiter accidentibus fieri solet, vt huiusmodi chartæ securitatum ideo legi non soleant, quòd publico Officiali, nomine Principis securitatem danti, confidatur. Quo loco actor non solùm excusandus: sed laudandus etiam est, 23 qui publico Officiali, sub cuius nomine nemo decipi debet, credidit. Bald. l. 2. ff. de testa. & dicit idem Bal. consil. 449. ad fi. 3. part. Eum, qui de literis principalibus confidit, non debere decipi. alleg. not. in l. is. qui reus, De pub. iud. & l. 1. c. de his, qui ve. æta. impe. Vnde si sub ea fiducia deceptus fuit, non est calumniandus: sed ei subueniendum. Philip. Deci. consil. 11. col. 4. qui alleg. c. quanto, De Iureiur. l. si libertus iurauerit, De op. liber.

Deniq;, si etiam Actor chartam legisset: quia tamen intentio sua, tanquam mercatoris ad nundinas pergentis, aliò ferebatur, nempe ad lucra, quæ expectabat, & non ad examinandas captiones dictæ securitatis, nihil ei præiudicasset perfunctoria ista lectio. Rectè sicut is, qui in niue ambulat super frigore intendit, albedinem niuis non cogitat: vt docet commentator Cice. in 3. li. Off. Hoc & Actori ex communiter accidentibus (quod Arg. in iure est validissimum, Bal. consil. 121, 1. parte) euenisse non dubitatur, nempe, quòd securitatis literis confisus sit, ad verba autem non attenderit. Vnde non ineleganter Bal. l. 1, plures intelligendi formæ, eas intellectuali consideratione alteram ab altera posse diuidi.

Iam verò si etiam Actor dictam chartam diligentius legisset: quod non est præsumendum. Quia tamen constat, quòd ea charta duplici intellectu sit ambigua, imò parsmet aduersa in prima sua exceptione contra libellū, vers. **Vnd ob gleich** &c. confitetur, eandem chartam securitatis nec dum esse discussam, &c. vt in priori consilio in primo capite latius deducitur. Vnde Actor consentire in eam chartam non potuit, cuius intellectus est ambiguus, cùm, teste Boetio, in eo quòd multiplex est, 24 veritas sit in dubio. Bal. consi. 415, 1. parte. dubitantis autem nullus sit consensus. Ias. l. 1, 6. col. De iust. & iur. cum concor. per eum. Imò si etiam consensisset: tamen non aliter quàm in sanum, verum, honestum, & legitimum intellectum, quem ius, natura & ratio efflagitat, & quem antiquus Curiæ Episcopalis stylus habuit, consentire voluisse præsumitur: cùm ad rationem securitatis, quæ meritò præualet, potius quàm ad corticem verborum respexerit. Arg. eorum, quæ traduntur per Bal. cons. 233. in fi. 2. part. per l. cùm pater. §. dulcissimis. d. l. 2. Vnde non potest vllo honesto fundamento prætendi ab aduersario, quòd Actor in deteriorem intellectum dictæ chartæ, per quem vita & fortunis spoliari poterat, consenserit.

Porrò, cùm intellectus chartæ & nunc quoq; inter Iurisperitos disceptatur. Quis sanus dicet simplicem laicum in dicta charta examinanda, supra eius peritiam, curiosum fuisse? Nec est credibile, quòd is, tanq; Mercator in itinere existens, ad eam captionem, quæ ex improba intermissione copulæ (&) acciderat (per quam ea, quæ separata esse debebant, coniuncta sunt) accuratius aduerterit. Cùm nec tres testes suprà dicti deliberate examinati decipulā huiusmodi sentire potuerint, scilicet, qui de securitate per adiunctionem dictæ copulæ (&) testificati sunt: Cùm tamen primus articulus, super quo deposuerunt, & quem affirmarunt, eam copulam intermitteret. At ex intermissione seu mutatione modici verbi status & veritas to- 25 tius orationis demutatur. l. ea tamen, de leg. 3. l. si in emptione. §. pe. in fi. l. cum ab eo, De contra. emp. l. 3. de in diem addict. l. si quis à filio, vers. sed si ita, de leg. 1. cum similib. Accedat, quod exquisita inuestigatio circa vires literarum in Mercatoribus non est exigenda: quarum causæ non ex apicibus subtilitatum, sed ex æquo & bono iudicantur. Bal. consil. 170. vers. Item in causis. 3. part. Ang. consil. 77. Et interpretatio in dubio secundùm conditionem & qualitatem personæ, in quam dispositio dirigitur, fieri debeat. Feli. c. causam, in quinta declaratione. De rescrip.

Denique incredibile est (vt loquar verbis Iurisconsulti, l. Menius, De leg. 2.) quòd dictus Actor Mercator, si captiosam mutilationem dictæ securitatis intellexisset, eam in tam ingens damnum: imò in interitum & iacturam fortunarum suarũ, vxoris & liberorum, acceptasset: & non potius de tuta securitate sibi prospexisset. Cùm in dubio pars non præsumatur, eam elegisse viam, per quam minus ei sit prouisum. l. 3. ff. de testa. mil. Quæ enim esset insania, imò furor, sese vltrò prædonibus exponere, suasque fortunas, vxores, liberos profligare, & ad extremam egestatem perducere voluisse, cùm ea seruare tutò potuerit? nemo profectò ista non dico credere, sed vel imaginari poterit. Nam verificari debent sermones, secundum communem opinionem habentium intellectum, vt dicit Bal. in l. 1. 3. col. C. de ser. fug. qui alleg. l. si ita quis, in fi. ibi, quod nemo sanus probauerit. ff. de euict. Sed nec Iudicis motus ad non verisimilia, applicatur, idem Bal. in l. scripturæ. 2. col. C. de fid. instr. Proinde dicit Bal. in d. l. 1. C. de ser. fug. experimentum verorum sermonum esse, vt concordent cum rebus sensatis vel verisimilibus. Ea enim quæ non sunt verisimilia, imaginem habere falsitatis. Vnde non est audienda pars aduersa, quæ in acceptationem tam perniciosæ securitatis contra rationem, & contra id, quod solitum est, se fundat: eo accedente, quod ab insolitis non arguatur. Bal. c. cùm ex officij, De offi. deleg. idem in l. 1. C. de po. fa. l. fistulas. §. fi. De contra. emp.

His consequens est, quod Actor securitatem sine contradictione accipiendo, suæ propterea defensioni tacitè non renunciauerit. Non enim præsumitur tacita renunciatio in his, in quibus grande damnum vertitur. Abb. c. super hoc, 4. col. de
26 renun. Adde, quòd cùm renunciare exceptioni peremptoriè sit donare. vt dicit Io. de Imo. consil. 49. qui alleg. Bart. in l. si quis delegauerit, De noua. At in dubio nemo donare præsumitur, vbi alia coniectura locũ habet. l. si cum aurum, De solu. Ang. 111. Et quod tacitè non renunciauerit Actor, fa. tex. not. in l. apud Celsum, §. Item quæritur, & quæ ibi dixi de dol. exc. Præterea, qui expresse non creditur renunciaturus tutæ defensioni: nec tacitè renunciasse præsumitur. Arg. l. obligatione. ff. de pig. Philip. Corn. consil. 89. consil. 235. 3. part. Et dicit Alex. in l. cùm res, in prin. de leg. 1. pro vt cum alleg. Feli. in c. accedens. 2. col. 2. in prin. Delitis contest. quòd pars in genere nunquam præsumitur cogitare de casu, de quo specialiter non promisisset. alleg. d. Anto. de But. c. 1. De iud. cum sim. Imò & fortius dicã: Actor iste, etiamsi defensioni & tuitioni expresse renunciasset, seseque vltro in pericula vitę vel fortunarum exponere voluisset: hoc tamen non poterat, cùm nemo sit Dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Feli. pulchrè in c. cum contigit. 1. vers. Item in quantum, de sen. exco. Iason in l. si quis in conscribendo. C. de
27 pact. cum sim. & iure cautum sit, neminem esse audiendum, qui se vltro perdere velit. l. 3. ff. de lib. caus. l. non tantum, in fi. de appel. Eo etiam vero existente, quòd cùm publicè intersit per itinera tutè commeari. per d. l. 1. §. summam (vt sæpe dixi) huic publicę vtilitati renunciari non potuit. Nam quæ in publicum prosunt, commodis priuatorum præferuntur, vt dicit Bal. in l. quicunque. col. 6. C. de seruis fug. Imò ne cum iuramento quidem renunciare potuisset. Ias. in Auten. Iubemus. c. de Iud. Lau. Calca. consil. 18. pe. col. Philip. Corn. consil. 214. 3. part. Item, & ista renunciatio dolum futurum importaret, inuitaret prędones ad delinquẽdum. at dolo
28 vel maleficio futuro, nemo renunciare potest. Ang. consil. 172. & fa. l. Iuris gentiũ, §. dolo malo. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pact. cum simi. Furiosus enim & insanus iudicaretur is, qui talia tentaret. Arg. l. cùm in suo, De condi. insti. Glo. cum concor. in c. legimus. 93. dist.

Quæ cum ita sint, non obstant omnia ea, quæ per partem aduersam in hoc articulo obijciuntur, & quæ in actis, per multa folia sæpe, & sæpe satis fastidiosè repetuntur: quod Actor chartam assertæ securitatis receperit, eamque acceptauerit. per vulg. l. si filius. ff. ad Macedo. & per alia in priori consilio allegata. Quia in nostro casu d. l. si filius, & alia allegata non procedunt nec locum vllum habent: cùm ea

præsumptio

præsumptio contrarijs fortioribus præsumptionibus sustollatur, sicuti per superiores rationes liquidissimè probatē fuit. Est autem iuris indubitati contrarijs & fortioribus præsumptionibus tolli præsumptiones alias minus efficaces. l. diuus, De in integ. rest. glo. c. transmissę qui fil. legit. c. cùm inter, De elect. cum sim.

Nec etiam obstat, quòd pars aduersa Actori imputat, potuisse eum ampliorem securitatem petijsse: quam si non potuerit, ipse sibi occasionem damni dederit &c. Quia respondeo, Actorem in petenda securitate id fecisse, quod fieri consuetum fuit, vnde nihil ei imputari. Bart. in l. si pignore. §. fi. vers. nam vsu hoc venerat, De pigno. act. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. 33. q. de off. procons. Porrò & Actor securitatem petendo totam & perfectam securitatem petijsse intelligitur. l. de ætate. §. qui interrogatus, De interrog. act. Vnde aduersarij sibi imputent, qui perfectam & plenam non dederunt. Tandem non obstat, quòd per partem aduersam prætenditur in nouissima Replica. Quòd vbi vltra scientiam & patientiam alius actus interuenit, tunc ex patientia consensum induci etiam in præiudicialibus. Moueri forte poterat, per Inno. in c. cum in nomine, De præsump. &c. Quia respondeo, quòd ista doctrina iuris non habet locum in casu nostro, in quo Actor expresse consensisse non poterat, quo ad præiudicium vitæ & fortunarum suarum, & in casu, in quo ius publicum læderetur. quæ omnia supra satis sunt probata. Vnde nec tacitè consensisse videbitur. Non enim maior est virtus taciti quàm expressi. Ias. in l. cum quid, in 6. limitatione. ff. Si cer. pe. 29 Quòd si etiam consensisset in securitatem acceptam: tamen non aliter consensit, quàm ꝑ cōmodo suo, nec dictam securitatem aliter intellexit, quàm pro iusta, plena & legitima: non pro subdola & ementita securitate. Id quod in superioribus satis est explicatum. Et in summa, aut ista securitas fuit limitata, & non valuit: aut non fuit limitata, & in vtilitatem Actoris valuit. & propterea Actor hîc rectè consensit, illic consentire non potuit. Et per prædicta satis constat fundamentum potissimum partis aduersæ, quod in consensum & acceptationem dictæ chartæ collocatur, esse subuersum.

Super tertio dubio, in quo quæritur, An dictus saluus conductus Titium ab N. qui publicus hostis fuisse dicitur, comprehenderit. Et certè pars aduersa in articulis defensionalibus articulo quinto, dictum Titium ab. N. tanquam publicum hostem ligæ Sueuicæ à præfata charta securitatis exclusum esse, medio calumnię iuramento asseruit; Quam assertionem in defensionibus ipsius, & præsertim in Replica nouissima multis verbis, in eundem tamen finem prolixè repetitis, firmare contendit. In summa, deducens quòd is Titius vt hostis publicus Imperij, ideò non sit in securitate inclusus, quòd ipse securitates Domini Episcopi, tanq̃ hostis sui, non curasse verisimiliter præsumatur. Item & non esse verisimile, quòd Dominus Episcopus, etiamsi generalem securitatem dedisset, hostem publicum complecti voluisset: cùm ipse non fuerit potens ipsius, cuius potestatem nec tota liga habere potuerit. Item & hostem publicum differre à latrunculis & prædonibus. l. hostes de capt. At qui populo Romano bellum indicat, hostem non prædonē vel latrunculum dici. Securitas autem data etiam si generalis esset, contra prędones distringat. Et tandem cùm dicta securitas eatenus sit limitata, quòd extra Ciuitates & subditos Domini Episcopi non extendatur, & sic contra obsessores extraneos nō sit concessa; Vnde Dominum Episcopum de facinore Titij de N. non teneri.

Sed his & alijs non obstantibus: Dico contrarium esse verum. Cùm enim prætenditur Seius de. N. hostis publicus esse Imperij & ligæ Suæuicæ &c. hoc certe mihi adhuc non est perspectum. Sit sane; quòd dictus Seius diffedauerit (vt vulgato nomine vtar) ligā Sueuicam, eiq́ inimicitias indixerit, Attamē inter hostes publicos (qui in iure rectè hostes dicuntur & à latrunculis differunt) eum connumerari posse non credo. In hoste enim vt licitè bellum moueat & indicat, iusta causa 30

vel denegationis iustitiæ, vel repetitionis rei ablatæ, vel alterius causæ probabilis requiritur: ita, vt solennibus verbis fiat repetitio rei debitæ vel ablatæ, quã veteres clarigationem nominauerunt, vt est apud Titum Liuium & alios. fa. ad hoc, quæ tradit Bar. in tractatu repressaliorum, in prin. & in l. hostes, De capti. At non est verisimile, quòd Seius iustis causis ad indicandam laudatissimę illi ligæ diffidationem motus sit, cum ex ea pacem publicam turbauerit, & crimine lęsæ maiestatis irretitus numero exbannitorum habeatur, iuraq; sua omnia & bona perdiderit. Quæ certè ad hostes publicos, de quib. in d. l. hostes. referri non possunt. Vnde verius præsumitur, eum vel prædæ dulcedine, vel proposito publicam pacem infestandi, inimicitias intendisse: atq; ita latrunculorum numero potius, quàm hostium contineri. Quòd autem id genus prædonum hostes nominamus impropriè intelligitur. Cæterum Ioh. de Imo. consil. 51. eam consuetudinem improbat, per quam huiusmodi hostilitates introducuntur. Attamen de nomine non valde controuertimus. Sit sanè, quòd is hostis nominetur: tamen quòd præterea in securitate data nõ contineatur hoc, nec iure vllo prætenditur, nec rationem habet. Securitas enim legitima eos potissimè comprehendit, quorum impressione iter facientes periculo prędę rerũ, vel capturæ, aut exactionis exponũtur, siue hostes, siue prædones nominẽt, vt ad sensũ patet. Nec ẽm vllo iure euinci, aut defẽdi vllo colore poterit, q; hostibus impunè in terris Imperij grassari liceat. Immò ad præsidem hoc pręcipuè pertinet, vt pacata & quieta sit prouincia, vtq; malis hominibus purgetur, non distinguendo vnde sit. d. l. 3. l. congruit, in prin. De. off. pręs. Quod autem Bar. in d. l. 1. ff. ad l. Iul. maie. tradit, hostes non esse securitatum participes, verum est, quo ad eorum commoda: nihilominus tamen quò ad coërtionem in securitatibus includuntur, nisi vis maior in eis occurrat, cui resisti non possit. vt Bar. in d. l. 1. §. occisorum, ad Sylla. Quam tamen vim maiorem in casu nostro accidisse non intelligo. Accedant Imperij Romani ordinationes Vuormatiæ erectæ, quæ contra pacifragos istos, turbatores quietis publicæ, & pędatores eatenus distringuntur, vt omnis sexus, omnis ætas, & quicquid vsquam virium est, ad eos cõprimendos sese obarmare teneatur. & sunt profectò tanto magis coërcendi, & pœnis subdendi, quanto plus grassando ius & fas tutelamq; publicam ciuilis conuersationis opprimere pergunt. Et sicuti pro eorum commodo nullius sunt securitatis participes:
51 ita pœnis violatæ securitatis arctius innectũtur. Inducta enim in odiũ alicuius nõ debent in eius commodum verti. c. contigit, De dol. & contu. & fa. elegans tex. in l. vnica. C. de infamibus. li. 10. vbi dicit Bar. eo casu, quo aliquis ex delicto nobilis esse desinit, intelligi, quatenus nobilitas ei in vtilitatem cederet, sed quatenus esset onerosa secus. & Car. in Cle. 1. in 7. oppo. de regula alle. c. reprehensibilis, De app. cum multis simi. allegatis per Feli. c. dilectus. 2. col. 2. De rescrip. Pro prædictis est tex. in l. non fraudantur. §. 1. de reg. iur. Nec enim debet malefactor frui Dijs iratis, vt est apud Iuue.

Sed quid opus est pluribus, nam ipsemet Dominus Episcopus erga suos Officiales conquestus est, securitatem actori factam esse violatam, id quod ex tertio teste partis aduersæ constat. Quod & procurator Domini Episcopi in actis in nouissima Replica vers. **Vil weniger.** confessus est. Qua assertione manifestè fatentur, istum Seium in securitate includi, cùm nemo alius eam violarit, nisi ipse.

Ad argumenta suprà ab initio facta, ex prędictis satis patet responsio. Quòd enim prætenditur, Seium securitatem Domini Episcopi non curasse &c. Non obstat: Coërceri enim potuisset & comprehendi, vt ita coactus eam curasset. Quòd autem Dominus Episcopus dicti hostis potens non fuerit, non est credibile. Nec enim vltra duodecim equites cum eo hoste erant: quos certè nemo dicit non potuisse comprehendi, si diligentia, si alia, de quibus pòst dicetur, fuissent fideliter adhibita. Immò & dictus hostis per fidelem & necessariam militarem custodiam à Territorio, ne intrasset, arceri & excludi potuisset.

Quod

Quod autem obijcitur Seium hostem publicum fuisse. Item, securitatem limitatam datam esse, &c. nihil momenti habet, & sunt huiusmodi obiecta per ea, quæ suprà diximus, satis confutata.

Concludendo igitur in hoc primo capitulo, cùm constet quod Dominus Episcopus limitatam securitatem dare non potuerit: Item, quòd Actor mutilatam istam securitatem recipiendo eam in damnum & interitum rerum suarum non acceptauerit. Tandem verum sit, quòd Titius ea ratione, quòd hostium numero haberetur, à vinculo securitatis non excludatur, qui contra eum suosq; complices violata securitas vindicari potuisset. Relinquitur, quòd defensio Episcopi, quo ad tria isthæc dubia, in dicto primo capitulo contenta, iure non subsistat.

Accedendo nunc ad secundum capitulum, in quo asserta diligentia Domini Episcopi in persequendis prædatoribus inuestigabitur. Et quamuis in priore consilio, in secundo capite, in solutione ad quintam obiectionem fol. &c. eam in rem aliqua scripserim. Quia tamen eo tunc testes & probationes nec dum videram: proptereaq; perfectè scribere non poteram. Vnde nunc visis probationibus rem aliquanto certius tractabimus.

Summa autem defensionis pro Domino Episcopo, hæc est. Et primò, quod Dominus Episcopus ante admissum facinus mandata emiserit, in quibus mandârit, loco insidiosa muniri, & obstrui vada fluminum, præuerti equites, non recto itinere commeantes detineri, & similia prouideri. Item, & summa diligentia in persequendo hoste adhibita sit. Nam & campanæ in multis locis Territorij insonuerint, quibus populares & rustici ad currendum excitarentur. Item, & Dominus Episcopus, suiq; Officiales ex Ciuitate N. Item ex Castro N. & alijs locis, plures equites & pedites ad liberandum captum emiserint: ita, vt quinquaginta equites, & trecenti populares, vel circiter, hostem sint insecuti, quorum aliqui vsq; ad sex, aliqui ad nouem miliaria insequendo perseuerauerint, prout hæc & alia pars aduersa ex testiũ dictis per plura folia colligit. Porrò & diligentiam ex hoc comprobari putant: quòd Dominus Episcopus per suos Officiales duos ex complicibus comprehendi fecerit, qui & propter hoc facinus vltimo supplicio puniti, capitalem sententiam pertulerint. Præterea & alijs quibusdam defensionibus pars aduersa innititur: quæ tamen, cùm sint similia prioribus, prætermittimus.

Sed non obstantibus ijs & alijs, per partem aduersam allegatis, quantum ex actis & probationibus mihi missis didici, iunctis his, quæ in iure consistunt, credo non esse dubitandum, quin Dominus Episcopus, vel sui Officiales in toto hoc negocio deprædationis eatenus nullam debitam diligentiam fecerint, vt etiam culpam latam, dissolutamq; negligentiam commisisse comperiantur. Quæ certè multis possunt rationibus comprobari.

Et primò constat, quòd Dominus Episcopus tanq; Princeps & Dominus Territorij, & qui gabellas & vectigalia leuat ad custodiam Territorij tenetur die & nocte. Id quod manifesto textu conuincitur in d. l. in nomine. vers. In Sardinia. C. de off. præto. Afri. quem tex. Bart. in addi. ad Bal. in l. si quis non dicam. 3. col. C. de Epi. & Cleri. singularem & aureum ad hoc esse dicit. Vnde cùm Dominus Episcopus dictum Territorium die & nocte, potissimè in periculosis nundinarum temporibus, non custodierit, & ex hoc Actor damnum passus, & in ipsa etiam sua securitate deprædatus sit: meritò is Dominus reus tenebitur. Id quod eleganter docuit Dominus Francisc. de Cap. in d. consil. 40. in consil. Calca. per plura, quę alleg. & fa. quod consuluit Philip. Corn. consil. 186. pe. col. 3. parte, qui allegat Ang. in Auten. vt Iud. sine quo suff. fi. & Alberi. 1. parte statutorum. q. 46. Accedat, quod & in statutis & ordinationibus laudatissimę ligę Sueuicæ (sicuti in actis ꝓ parte Actoris allegantur) cautũ & prouisum est, quòd hi, qui in dicta liga comprehensi sunt, & Territorijs dominantur, clausuras, fines, diuerticula, locorumq; angustias diligenter custodire custodijs militaribus, vias & itinera tuta habere debeant.

beant. Quod cùm contra hãc ordinationem (si tacuero ius cõmune) Dominus Episcopus negligẽs fuerit, iam in dolo esse præsumitur, vt colligitur ex Lud. Ro. consil. 54. Verùm quantũ ex actis comperi potest, Dñs Episcopus Territoriũ suũ militari manu (vt tenebatur) nõ custodiuit. Ex testibus enim Actoris, & præsertim ex quarto teste N. hoc cõstat, qui ad interrog. quinti articuli dicit, quòd pcipere nõ potuerint, quòd ex parte Dñi Episcopi vlli equites tẽpore capturæ præ manibus fuerint. Quod & ex tertio teste satis colligit, cùm dicit: Officialẽ Ciuitatis N. equos aliquos à se teste & ab alijs cõmodato petijsse, quod satis erat erubescendũ, à mercatore aduena, equos in eum vsum commodari. Deniq; quod Dominus Episcopus nullam militarem Territorij custodiam habuerit, ex eo legitimè probatur: quod de contrario per Dominum Episcopum nihil probatum est, quod genus probandi in iure nostro efficax est, glo. in l. si tutor. C. de peric. tuto. glo. in l. super seruis. C. qui mil. non posse, li. 12. glo. in l. 1. & in test. C. de mil. testa. glo. l. 2. C. de erro. aduo. glo. l. creditor. C. de pig. act. glo. c. 3. de rescrip. glo. c. pe. De excep. glo. c. sicut 2. De iureiur. glo. c. proposuisti. 82. dist. Inno. c. sæpe. De resti. spol. Bart. in l. alimenta. C. de neg. gest. cum mul. sim. Imò in casu nostro, in quo Dominus Episcopus validis grauatur præsumptionibus, probare custodiam necessariò debuisset. Philip. Corn. consil. c. 107. 1. part. Sed quid plura? Euidentia facti docet, nullam fuisse adhibitam custodiam. Quomodo enim Titius cum 10. aut. 12. equitibus armatis in Territoriũ oppidi N. clara die tutò ingredi, grassari, & sub ipsa meridie, non procul ab ipsa Ciuitate N. Actorem prædatoria vi capere, & aperto cælo per totum Territorium, à die vsq; in noctem, per medium Oppidorum & Vicorum, à plano vsq; in syluas miserum hominem abducere potuisset, si vlla vel minima custodia militũ habita fuisset? Quæ cùm ad sensum patet, infirmitas intellectus esset, rationẽ quærere. vt dicit Ang. cõsil. 110. cõsil. 193. cõsil. 174. & sæpè aliàs. Bal. in l. testiũ, ad fi. C. de test. cum simil. Vnde patet, quòd primus testis Actoris Ioannes N. Magister Cameræ Episcopalis ad quintum articulum prædictum multum suspectè deposuerit, conductos fuisse seruitores, qui Territorium lustrarent, & nemora obstruerent: cùm ipso facto contrarium appareat. Sed quid aliud deponeret is, qui Episcopi Officialis fuerat ad mutilatam istam securitatem, super qua nunc litigatur, ex officio suo dederit? Vnde ei hoc loco nihil magis creditur, quàm partim et aduersæ.

Prædictis consequens est, quòd cùm Dominus Episcopus nihil eorum fecerit, quę debebat, nullas vel excubias vel custodias militares, maximè tẽpore nũdinarũ, in quo plus periculi à prędonibus imminet, posuerit, lustrariq; Territoriũ nõ curauerit: quod à culpa dissolutaq; negligentia defendi non poterit. Nam qui non facit quod debet, censetur aduersus ea fecisse quæ debuit. l. post legatum. §. amittere. ff. de his, quibus vt indig. l. Nesennius. l. ex his, De excus. tut. l. si quis sepulchrum. §. funus, De relig. Ersa. ca, quæ in priore Consilio fol. 9. sunt deducta.

34 Præterea & secundò, ex dictis testiũ liquidò apparet, quòd nec Dñs Episcopus, nec ipsius Officiales aut magistratus in hoste persequendo aut cõprehendẽdo vllã verã, fidelem & germanam, sed simulatã, frigidam, & affectatam, ne dicã fraude suspectam diligentiam, vel potius vmbram ementitæ cuiusdam diligentiæ fecerint. Quæ vt latius pateant, videamus & discutiamus aliquanto operosius dicta testium vtriusq; partis. Cõstat enim ex secundo teste Actoris N. Michaele, qui in captura erat Actoris famulus, & cum eo captus & abductus, qui tertium articulum Actoris affirmans, iuncta depositione ad interrogatorium quarti articuli dicit, quòd meridie sint capti, & vsq; ad mediam noctem in Sylua detenti, nec in toto Territorio vsquam audierit campanis pulsatis concursum & acclamationẽ excitari. Item, si depositio quarti testis ad interrogata quinti articuli diligenter expenditur, facilè cognoscitur, quod magistratus & Regentes in Ciuitate. N. quæ tamen est Metropolis,

polis, nullā iustā diligentiā fecerint. Cum enim is testis, mox post capturā Actoris ad oppid. N. festinauerit, eamq; oppressuram Regen. renunciauerit: fuerat is casus eis prius manifestus factus. Nihilominus tamen lentius processerunt, quàm pro natura huius negocij par erat. Nam quasi per ocium interrogabant dictum testem, & alios, qui essent, qui capti forent, quo nomine censerentur, an securitatem habuerint, (quæ tamen superfluè interrogabantur) cùm is casus eis (vt iam dixi) ante innotuisset: & dum testis & alij, qui cum eo erant, hæc omnia declarassent, dicit testis, singula fuisse inscripta: subiungens se non potuisse percipere, quòd tot equi præ manibus fuissent, vt vlla insecutio fieri potuerit. Is ociosus processus profectò nihil aliud ostendit, quàm affectatā simulationem: & dum de singulis inutilibus quærebatur, & terebatur tempus, interim prædatoribus spatium effugiendi relinqueretur. Sic Cato quondam apud Sueto. in senatu longa oratione diem absumpsit, vt Cæsarem in sententia sua frustraretur. Et in summa, omne id, 35
quod in delictum tendit, prauè actum esse præsumitur. c. 1. de præsump. Philip. Corn. consil. 205. 2. part. Porrò Conradus N. sextus testis ad quintum articulum deponit: Postquam 18. testis capturam Actoris & aliorum viderit, currenti equo in vicinum oppidum N. festinauerit, eamq; capturam, quòd mercatores essent oppresi, renunciauerit. At oppidani ad hoc periculum nihil fecisse aliud, quàm quòd vnicum in equo ad Ciuitat. N. cum se teste miserint, qui hoc facinus Schulteto dicerent. Qui tamen nihil aliud, quàm quatuor equites emiserit ad scrutandam indaginem vestigiorum, &c. Res quæ mihi satis videtur fraudi obnoxia. Vbi erant mandata, quæ à parte aduersa iactitantur? Cur non oppidani in . N. mox pulsatis campanis classico intonante excurrerunt, festinauerunt, clamorem sustulerunt, & fideliter (id quod tenebantur) malefactores insecuti sunt? Poterant cōmodè misisse nuncium ad Ciuitat. N. et nihilominus tota vi effundi, vt Territorij violentiā asseruissent. Recta em̄ via subueniri debet, nō ea, quæ est ex circuitibus, arg. eorū, quæ traduntur in l. nō solū, post prin. vers. annus autē. ff. de excus. tut. Proinde iste circuitus simulationē re ipsa indicat. Itē, quintus testis Dñi Episcopi ad nullam aliam rem, nisi ad inuestigandum indaginem emissus est. Paria deponit 18. testis de inuestigandis vestigijs. Item 19. testis, cùm clamor ad Ciuitatem N. uenerit, iste testis deponit, sese cum alijs consiliarijs consuluisse, quomodo ista res foret gerenda. Deinde & is ipse ad quærendam indaginem vestigiorum abijt: qua inuenta nunciauerit ad castrum. N. equites parari debere, cum veniret vt exirent: atque ita eosdem equites expectasse, vt audirent testem quid mandaret. Quid hæc simulatio aliud est, nisi vmbratilis scæna alicuius ludi, vbi simulantur pugnæ & vulnera? Simulatio enim cùm substantiam veritatis non habeat, in exterioribus tantùm signis versatur, vt dicit Tho. secunda. idem q. 7. Quæ certè simulatio ex alio liquere poterit. Nam cùm in meridie captus esset Actor, & ociosè per Territorium in syluas abductus, & iam nox esset, & fortasse magna pars noctis præterijsset, tunc primò Dominus Episcopus, & alia vicina oppida insecutores emiserunt, cùm iam certum esset quòd capi prædones non potuerint. Quod quia vmbraticè factum est, pro nihilo habetur. Cald. con- 36
sil. 6. de consti. Quod autem ex equitibus & rusticis aliqui post bonam partem noctis, aliqui crastino die exierint: Liquere potest ex testibus Domini rei, secundo, tertio, quarto, nono, 10. 16. 18. 29. 30. & ex alijs testibus, qui de tempore noctis testificantur: cum tamen captura quasi per decem horas antè in meridie, non procul à Metropoli Territorij contigisset, nemine quicquam, cum effectu vllo, agente: nisi quòd venatores, & quidam alij emissi sint (vt prædictur) ad indaganda vestigia, quasi latrunculi isti expectare voluerint, quousque vestigia indagarentur. Res non tam absurda, quàm ridicula, quæ & culpatam negligentiam præ se ferat. Ad quid opus erat indagare vestigia? cùm Ciuitat. N. equites & populares omnia latibula, omnia locorum diuerticula nouissent? & ex relatione audientium colligere satis poterant, quò latrunculi tetendissent?

Eo verò existente, quòd in Ciuitate N. nec campanæ pro classico vnquam insonuerint, nec vllus popularium concursus sit excitatus, Sed ociosè post tractatum habitum Regentium seu magistratus, nuncium ad Episcopum. Item & venatores pro vestigijs, & octo equos ægrè comparatos, pro forma ludi emiserunt. Et est tamen ea Ciuitas Metropolis in Territorio. Quòd si fidelem & legitimam diligentiam facere voluissent: debebant in continenti, rescito facinore, campanis in Metropoli pro classico insonantibus omnem populum pro ope ferenda excitasse. Sic & campanarum sonus mox per Territorium exiisset, & in omnibus locis circum vicinis omni clamore, vociferatione, concursu perstrepuissent: eatenus, vt etiam ante noctem populari concursu, & insectatione, ex fide facta, latrunculi anteuerti, & comprehendi potuissent. Nec enim credibile est, eos ex Territorio effugere potuisse, si rebus sic instructis mox à captura sic renunciata sese Ciues & rustici ex omni parte fideliter effudissent. Fa. ad hoc, quæ traduntur per Bart. in d. consil. 102. dum casus diligentiæ & negligentiæ pulchrè tractantur. Et fa. elegans consilium D. Francis. de Capitibus, quod est in consilijs Laur. Calca. quadragesimum circa prin. Et fa. quod eleganter per Bar. traditur, in l. in cognitione, vers. & pro eius declaratione. ff. ad Sylla. vbi dicit: Si tantum tempus transiuit, in quo poterat res effici, & non est effecta, tunc delictum in omittendo, id est, negligentia, perfecta esse intelligitur: Arg. sumpto ab hæredibus, qui commodo tempore accusare poterant, & non accusauerunt. Sic in proposito: Cùm Officiales, Magistratus populares Domini Episcopi à meridie vsq; ad medium noctis, commodum tempus vendicandi habuissent, & interea nihil fecerunt: quòd vllam iustam diligentiam præ se ferret, meritò negligentes dicentur: Nam quid opus erat, quòd huc & illuc scriberetur? quod hic & illic consultaretur? alius alium expectaret? quod mandaretur subditis, vt exirent? Cur mandatis, quæ antè publicata fuisse asseruntur, non parebant? &c. Cur non in continenti flagranti jam tum captura excurrerunt? Sed vehementer præsumitur quæsitas esse latebras huiusmodi circuitionum, donec prædatores ad locum tutiorem peruenissent: Ab exteriori-
17 bus enim istis simulationibus interior animus iudicatur: Cùm accidentia magnã partem conferant ad cognoscendum quod quid est. glo. l. his qui. in fi. De tut. dat. Fa. d. c. legimus. 93. dist. l. si tamen, post prin. De ædil. ædi. Inst. de re. diui. §. Pauonum. vers. ceruos. cum si. Nec enim tota ista dies, nec bona pars noctis prædatoribus tanto commodo cessissent, si omnia acta fuissent fideliter. Nam quid prodesse poterat, quod ad noctem, dum bona pars noctis præterisset, & ad diluculum crastinæ diei, tumultus equitum & rusticorum fuit excitatus, quærentium id, quod sciebant se inuenire non posse? Vnde vehementer præsumitur oĩa ista simulata fuisse. Nam si de nomine ad nomen & de tempore ad tempus fraus simulationis committitur, vt dicit Alber. in l. contra legem. ff. de leg. Verisimile est, quod in casu proposito sub nomine diligentiæ, negligentię, & sub tempore non oportuno oportunum tempus simulatum sit. Fa. quæ per Bal. traduntur in l. ab Anastasio. 4. & 5. not. C. mand. Cæterum cùm ista simulatio in animo consistat: nõ erat necesse de ea aliter docere, quàm probabilibus coniecturis. c. fi. post med. de renun. lib. 6. Et fa. elegans tex. cum glo. & Bar. in d. l. apud Celsum, in prin. & quæ ibi dixi. ff de dol. excep. Fa. not. in c. significasti, De homi. glo. & Bal. in l. cùm proponas. C. de bo. aut iud. poss. Alex. in l. Fulcinius. §. Quid sit. in addi. ad Bar. cum mul. concor. ibi. ff. quib. ex cau. in poss. ea. Vnde per ista exteriora, id quod in veritate gestum est, euidenter probatur: vt iam suprà diximus.

Potest præterea ex alio dicta affectata argui negligentia. Nam 11. testis ipsius Domini Episcopi in Rotulo examinis dicit: Ei & socijs suis occurrisse quosdam suspiciosos equites, circiter tredecim, qui (vt ex suspectis ipsorum gestis apparuerit) mala intentione, & non bono proposito illic vagabantur, quos ipse testis detinere cum suis socijs benè potuissent, si capturam Actoris sciuissent &c. Ex qua depositione, quid non negligentiæ euincitur &c. Quid testem illum & suos excusare

sare poterat, ne (in vim mandatorum & ordinationis Sueuicæ) itinera Domini
sui tuta redderent, & suspectos caperent: nisi quòd eos, quibus occurrerant offen-
dere noluisse præsumitur.

Denique cur Dominus Episcopus negligentiam istorum equitum non puniuit,
qui quod efficere poterant, culpatissime neglexerunt? Sed fortè Dominorum vo-
luntatem (vt prouerbio dicitur) famuli nouerunt: Nam subditorum negligentia
de voluntate Dominorū facta esse præsumitur, vt dicit Lud. Ro. consil. 152. Ad
quod fa. id, quod per manus traditur: Ex malitia familiarum præsumi cōtra Do- 38
minos: ita quod ex delicto familiæ Prælati aliquando tenentur, vt dicit Feli. c.
nullis, De accusa. Qui allegat c. illa præpositorum, in prin. eo. tit. Et dicit elegan-
ter Bal. Mores formari ab his, quibus coniungimur, consil. 81. 3. part. alle. l. si
cohortalis. C. de cohortali, li. 12. c. literas, De præsump.

Iam verò is casus negligentioris culpæ, etiam ex verbis partis aduersæ, in dicta
sua prima exceptione contra libellum, colligi poterit. Verba in effectu sunt talia:
Die so in jren Regalien geschädigt werden / müssen das gedulden vnd tragen /
sie wöllen dann noch mehr vehd / feindtschafft / vnd vntrew auff sich laden / ꝛc.
Per quæ verba apertè significatur, Domino Episcopo cordi non fuisse, quòd sua
Regalia legitimè tuerentur, ne maiores sibi inimicitias conciliaret. Quod certè vel
ex eo verisimile esse potest, quod is Dominus Episcopus, Officialesue sui, contra
dictum hostem, nec Territorium tueri, nec prædantem prohibere, aut compre-
hendere debita diligentia curassent. Ad quod fa. quod dicitur, mentem ex affectio-
ne colligi. l. comprehendenda. C. De insti. & substi. Sed malè excusatus est Do-
minus Episcopus per procuratorem isthoc illaudato colore: Non enim cedendum, 39
sed resistendum est, dum posit resisti, Arg. in l. Item quæritur. §. exercitu, in fi.
§. ff. loca. Et fa. l. in lege, in con. sui. ff. eo. ti. 23. q. 4. c. tres personas. Vnde Au-
gust. ad Bonifacium scribens, laudat Maximianum Episcopum, qui contra hostes
Ecclesiæ auxilium sæculare implorauerat. Nam si hoc prætermisisset, non eius,
inquit, laudanda patientia, sed meritò negligentia fuisset culpanda. c. Maximia-
nus, 23. q. 3. Denique si abiectus & trepidans is animus omnibus foret principibus,
vt metu inimicitiæ maioris Territoriorum tutelam desererent: iam nemo in orbe
tutus esset, & ex Regnis vel Dominijs (vt Augustinus alio fine dicit,) latrocinia
nascerentur. Vnde nihil est miserius eo Prælato, qui lupis placere ad perniciem
ouium velit. c. nihil. 83. dist. Et vulgò dicitur. Dissimulationem scelerum, cui
non resistitur, foueri. c. est iniusta, in fi. 23. q. 4. c. Ita planè, eo. tit. c. error,
dist. 83.

Et nisi me fallat iudicium, dicta assertio Procuratoris multum videtur facere
pro fortificatione cuiusdam depositionis, quam fecit 26. testis Actoris N. qui
ad decimum articulum Actoris interrogatus deponit, se fide digna relatione au-
diuisse, quod tractatus pro parte Domini Episcopi cum Seio, in Capella quatuor-
decim Auxiliatorum sit habitus, vt is Seius attinentes Episcopo non offenderet.
Quod & ex pari Dominus Episcopus facere velit: verba vulgaria ita habent.
Das mit dem Seio in ainer Capell zů den 14. Nothelffern oder aller Hayli-
gen gehandlet sey worden / Er soll des Stiffts. N. schonen / so wöll man sein
auch schonen ꝛc. Et quamuis is testis in hoc sit vnicus, & de auditu loquat, dicatque,
se id pro certo non scire &c. Quo casu cæteris paribus fidem non faceret. l. Iuris
iurandi, C. de test. cum vulg. Quia tamen multæ concurrunt coniecturæ, quæ di-
ctam relationem verisimilem faciunt: certè fides eo maior dictæ depositioni ad-
hibetur. Nam testis vnicus fide dignus; cuius depositio aliquibus vehementibus 40
coniecturis adiuuatur, plenè probat. Bar. in l. Admonendi, post glo. col. 9. mihi
in vers. aduerten. veritas est. ff. de iureiur. & ibi latè Alex. & Ias. & quæ ibi dixi
post. Fa. Bar. in l. multum. 2. col. C. si quis alt. vel sibi.

Concur-

Concurrunt autem in proposito ad præfatam depositionem testis nonnullæ coniecturæ verisimiles, tum quòd Dominus Episcopus Territorium custodire neglexit, permisitq; vt hostis Seius in suo Territorio, etiam media die, grassaretur: Tum etiam quòd Procurator suprà dicta solenni sua excusatione declarauit, vt prædicitur, Dominum Episcopum non astringi ad militarem custodiam Territorij, ne nouas & maiores inimicitias in se assumeret. Quod quid aliud est, quàm non offendere inimicos? iuxta dictam Capellæ conuentionem. Non enim caret scrupulo occultæ societatis, qui manifesto facinori desinit obuiare: Et negligere, cum perturbare facinorosum possis, est fouere eum, c. facientis. 86. dist. c. sicut dignum. §. 1. De homicid. c. constitutus, De testi. cum sim. Deinde quòd Titus, qui est Vasallus Episcopi, se dicto hosti sociauit, nec vlla de eo vindicta sumpta est, quæ tamen mox post capturam Actoris sumi benè & commodè potuisset, vt infrà dicetur. Item & negligentia persequendi prædatores, de qua suprà satis diximus, coniecturam facit, nempe, quòd Officiales Domini Episcopi per tardum & simulatum concursum popularium, rem ita dissimulanter, & per circuitus tractarint, ne prædatoribus incommodaretur. Accedat pro adminiculo, quòd pars aduersa in nouissima Replica aliquoties Seium defendere videtur, quod is prædo non fuerit, sed publicus hostis. Sed hoc non esse verum, suprà satis edocuimus. Verùm per hanc excusationem cum cæteris adminiculis, animus ingrassatores non infestus colligitur, d. l. reprehendenda, De iust. Præterea ex actis cognoscitur, famam esse validam, quòd attinentes & cognati Domini Episcopi receptauerint Seium hostem, eumq; hospitio exceperint. Quæ fama in occultis multum valet, & magnum præbet adminiculum; vt dicit Bal. consil. 37. 1. part. Alle. l. furem. C. de si. immo isthæc fama vsque adeò increbuit, vt illi ipsi cognati ad Dominos Iudices Ligæ Sueuicæ pro purgatione indicenda vocati sunt. Hoc enim ipsamet pars aduersa in exceptione contra testes confessa est. At certi
41 iuris est, quòd purgatio non indicitur, nisi propter vulgatam infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem, 2. q. 5. c. omnibus. c. inter, De purga. cano. Abb. c. qualiter. 2. & ibi Feli. De accusa. At factum à cognatis vel coniunctis, de consensu Domini Episcopi factum præsumitur, Ant. de Bur. c. fi. De præsump. Bar. Alex. in l. De pupillo. §. si quis ipsi prætori, De op. no. nu. Abb. c. cum causam, quæ inter 10. col. mihi, ver. Sed an ex facto, de testi. vbi distinguit factum momentaneum à successiuo, quod in illo non præsumatur consensus, in isto præsumatur. Ad prædicta fa. Philipp. Corn. consil. 147. 2. part. Feli. c. constitutis. 1. vers. in tex. de testi. Idem in d. c. literas, post glo. de præsump. Et tandem cõiectura ex eo colligitur, quòd Dominus Episcopus contra dictum hostem vsq; in hunc diem nihil processerit: & fuerat tamen in negocio non desistendum quamdiu status duraret negocij, c. 1. in fi. & ibi. Doct. de renun. d. l. pe. in fi. C. de his, quib. vt indig. Prædictæ igitur cõiecturæ simul sumptæ depositionem testis Christophori N. vehementer roborant, ne hoc excogitasse credatur: potestq; ex huiusmodi coniecturis concurrentibus probabiliter credi, quòd dicta conuentio Capellæ nõ sit vana, quę credulitas ex vehementibus coniecturis fundata, in difficilibus istis, quæ sui natura probationem perfectam non recipiunt, sufficit, & locum plenæ & legitimæ probationis important & supplent. Nam quæ non prosunt singu-
42 la multa iuuant, l. 2. De excus. tut. Et in incertis, obscuris, & difficilibus, q̃ ex sui natura difficilè probantur, sufficit probatio per coniecturas, quæ eo casu est dilucida & legitima probatio, Bal. consil. 37. 1. part. & idem consil. 241. 2. part. Et dicit Feli. in rub. de pba. verè cõstare ea, quę in hoc genere per cõiecturas cõstãt. Et dicit Bal. in l. Excipiuntur, ad Sylla. tex. esse meliorẽ, De corpore iuris, in c. Excommunicamus, in fi. de hære. Ad prædicta fa. quę habentur per Paul. de Castr.
43 consil. 82. 2. col. post med. Et dicit Lud. Rõ. consil. 7. consil. 54. ex pluralitate præsumptionum aliquem condemnari posse. glo. Bar. & Doct. in vulg. l. Admonendi, De iureiur. glo. l. cum ex eo, De euict. Doct. in l. Instrumenta. C.

ta. C. de proba. Bal. c. cum causam, eo. ti. cum sim. quæ passim per Doct. tractantur.

Tandem & alia ratione negligentia Domini Episcopi apparere potest. Quod cum Dominus Episcopus ex ijs, quos supplicio affici iussit, & ex communi fama didicit, quòd sui cognati & attinentes receptatores essent, qui Scium hostem hospicio receptassent, & quòd propterea ad laudatissimam ligam Sueuicam, tanquam infamati, pro purgatione vocati forent, vt suprà patuit. Is tamen Dominus Episcopus eos retinuit, & retinet, fouetq́ȝ, nec cōtra eos processit, aut vllam pœnam sumpsit: & sunt tamen receptatores non minus criminosi, quàm ipsi aggressores. l. quo naufragium. §. non tantum. ff. De incen. rui. nauf. tex. in l. ff. De recepta, fa. l. 1. C. de his, qui latro. Item Officiales suos, qui afferta mandata sua non curarunt, qui tam frigidè & simulatè in hoc graui negocio processerunt, vt suprà est probatum, nec repulit, nec puniuit. Ar. l. 1. §. domus, vers. Actore. C. de sal. mo. Item contra dictum hostem nullam diligentiam eius persequendi, aut contra eum procedendi fecit, vt suprà dixi. Isthæc profectò est magna, imò culpatior & periculi plena negligentia. Ar. c. peruenit, in fi. dist. 43. Ex qua præsumi potest, ꝙ nec ab initio ei mens aut animus fuerit, istam Actoris oppresionem iuxta debitum vindicandi. Ex sequeñ. enim ad præterita præsumitur B. l. conuenticulam. C. de Epi. & Cle. & idem in l. ex persona. C. De proba. Philipp. Corn. 44
consil. 123. 4. parte. Paul. de Cast. Consil. 42. 2. col. in prin. Consil. 83. col. 1. in fi. Consil. 263. 2. col. post prin. Et dicit Laur. Calca. consil. 84. col. 6. quòd ex eo, quod quis postea facit, præsumitur talem animum habuisse à principio. l. Sed Iulianus §. proinde, ad Mace. l. si quis adulterium. §. 1. De adulte.

Prædictis sic se habentibus, credo iam liquidò constare in hoc secundo capitulo, quòd Dominus Episcopus non solum debitam diligentiam, quam in Actis iactitauit, non fecerit, sed etiam in culpa & dissoluta negligentia fuerit.

Sed iam ad Argumenta in contrarium respondendum est. Et dum prætenditur, ꝙ Dominus Episcopus sufficientem fecerit diligentiam in insequendo hostem, hoc enim Procurator Domini Episcopi per multa parum vrgentia verba in nouissima Replica asseuerare videtur. Sed non obstat, tum quia illimet Officiales & attinentes testimonium dederunt, quorum propria culpa simulatæ insecutionis vertebatur, & quos Episcopus pro negligentia, tanq́ȝ transgressores mandatorum (vt suprà diximus) punire debuisset. Tum & suspecti alij in testes producti sunt, 45
vnde fidem non faciunt: reddunt enim testimonium de re, quæ tendit ad excusationem facti proprij. Barba. consil. 64. col. 7. & 8. In consilijs Calca. & alle. l. præsenti. §. fane. C. de his, qui ad Eccle. confu. & fa. l. 1. §. biduum. ff. quando appell. sit. l. idonei. ff. De proba. l. omnibus C. eo. ti. Porrò & testes Dñi Rei varij sunt, & inexcusabiliter dissident in recensendis equitibus, qui vel à Ciuitate N. vel ab oppido N. emissi sunt, id quod facilè patet eorum dicta legenti. l. qui varia. ff. de testi. Quòd si etiam aliquid probarent: tamen ex eorum proprijs dictis de culpabili negligentia apparet, vt suprà in rationibus satis probauimus. Quapropter non releuant. Cùm enim hostes per totam diem capturæ sine aliquo aggressu securi vsq́ȝ in noctem abijssent, & iam in tutum forsan sese recepissent, quid attinebat tumultus excitari? curri & discurri sine effectu? vt meritò eis dicatur, q̃d Andre. Barb. in consilijs ex Verg. dicit: Tardi venêre bubulci. Immo tam frigida fuerat popularium persecutio, quòd ad vnius macellatoris dictum, non nulli domum sint reuersi, vt ex tertio teste Domini Rei cognoscitur. Hoc est, quod Bar. eleganter sensit in d. l. 1. §. excusantur, ad Sylla. qui dicit not. benè hunc casum contra homines Villarum, Castrorum, vel Ciuitatum, qui erigunt rumores, & pulsant campanas, & fingunt se velle capere malefactores, & hoc non posse, ꝙ eis hoc non prosit. Sicuti etiam idem Bar. in d. consil. 102. latius deducit. Vnde dicti domestici & Officiales non tam in testes produci, quàm de negligentia puniri debuissent. Sed mens Domini Episcopi & suorum, quam in hoc negocio habuerunt, ex eorũ affectione satis fuit cognita. Fa. Bal. consil. 57. in prin. 1. part. qui

alleg.

alleg. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos, De leg. 2. & d. l. reprehendenda, cum ſimil.

Deniq; non ſufficeret, etiam accuratam diligentiam in talibus adhiberi. Imò neceſſaria erat cæteris paribus ſumma diligentia, vt voluit Bar. conſil. 102. Alex. conſil. 88. ad fi. 5. parte. Barba. in addi. ad Bal. in d. l. Si quis nō dicam. C. de Epi. & Cle. Fa. quæ tradunt per Bal. in l. q̄ fortuitis, per col. C. de pig. act. Lau. Calea. cōſil. 39. qui all. Lud Roſ. in l. ſi quis in graui. §. ſubuenitur, ad Sylla Ang. in d. l. ne qd, De incen. rui. nauf. Alberi. in l. ſi ideo. C. de his, quib. vt indig. fa. de Are. Bal. in d. §. occiſorum, cum alijs in priore cōſilio allegatis. Purganda eñ fuit Prouincia malis hominibus, ſine differentia, quicunq; illi forent. d. l. 3. d. l. congruit, De off. præſ. Hoc enim ſolum referebat, an prohiberi graſſatores potuerint. vt per Bar. in d. l. §. occiſorum, & d. §. ſubuenitur. Ang. d. l. nequid. At ſummã iſtam diligentiam à Domino Epiſcopo ſuiſue Officialibus non eſſe adhibitam, ipſa facti euidentia docet, vt ſuprà per multa patuit. Quæ euidentia inter indubitata genera ꝓbationum connumeratur, vt ſuprà in primo dubio primi capituli diximus.

Verùm in caſu noſtro, ne ſumma quidem diligentia Dominum Epiſcopum excuſaret, poſtq; præceſsit culpa, & diſsoluta negligentia circa cuſtodiã Territorij. Cùm enim Dominus Epiſcopus nec cuſtodias militares in Territorio tenuiſſet, nec loca inſidioſa munierat, nec terram militaribus præſidijs luſtrarat, nec alia fecerat, quæ iure requiruntur (vt ſuprà deduxi) Iſta culpa cùm caſum præceſſerit, nulla poſtea diligentia (re non integra) excuſari potuiſſet. Arg. l. 1. §. ſi rem. ff. depo. Bal. in d. l. quæ fortuitis, in fi. C. de pig. act. Et quæ tradidit Ang. in d. l. ne quid.

Nec porrò obſtat, quod Dominus Epiſcopus mandata emiſiſſe dicitur: quia quamuis de mandatis huiuſmodi nihil ſit probatum: ſi tamen emiſſa fuiſſent, nihil hoc ad diligentiam feciſſet. Cùm enim in noſtro caſu duo fuerint neceſſaria, nempe mandatorum emiſsio, & cuſtodia militaris, vt ſic verbis & facto ipſo, tuitio Ter-
46 ritorij proceſsiſſet, non ſufficerat alterum. Nam iuris doctrina habet: vbi duo ſunt neceſſaria, non ſufficere, ſi alterum tantum interueniat. Bal. in l. Titia, Sol. mat. Glo. l. 3. §. hoc autem, De iti. actuq; priua. Arg. in l. ſi non lex, in prin. De hæred. inſti. Bonus tex. in l. Fulcinius, §. cum hoc edictum. Quib. ex cauſ. in poſſ. ea. Et dixi in l. Iulianus. §. idem Iul. De excep. doli. Proinde ſola mandata nihil promouerant: imò magis ad ſocordiam quàm ad diligentiam acceſsiſſe creduntur. Nam qui ſolis mandatis tutelam & ſecuritatem Territorij parare volunt, ſimiles ſunt his, qui ex muro, vt in prouerbio eſt, ad pugnam hortantur. Itaque verbis & facto ipſo, manuq; & cuſtodia militari cuſtodienda fuit prouincia, quieſq; publica in Territorijs paranda. Deniq; populares & alij ex Prouincia ea mandata non curauerunt, id quod ex eorum diſſoluta negligentia, quam ſuprà latè probauimus, apparere poteſt.

Quod verò pro parte Domini Epiſcopi obijcitur, Campanis fuiſſe pulſatũ, & q; equites circiter quinquaginta, ac quaſi trecenti ruſtici ex Caſtro N. alijſq; oppidis & pagis ad inſequendum hoſtem fuerint emiſsi, & præterea certi homines dimiſsi, qui nemora, & anguſta loca clauderent, & fluminis vadum præoccuparent &c. Certè non obſtat: quia ſicuti ex actis & teſtium dictis didici, hoc nimis tardè, ſicut etiam ſuprà dixi, cum iam hoſtes comprehendi non plus poterant, factitatum eſſe dinoſcitur. Ex teſtibus enim conſtat, quòd cùm in meridie captura eſſet facta, nemo in continenti illum incurſum aut inſectationem fecerit: ſed expectatum eſt vſq; in profundam noctem, tunc primum & ſub diluculum ſequentis diei tumultus equitum & popularium concurrit. Quo tempore, ſi etiam duplo plus congregati fuiſſent, veriſimile eſt, nullam plus ſpem ſubeſſe potuiſſe, vt prædatores, quos iam decem aut plures horas nemo inſecutus fuerat, caperentur. Cùm igitur opportuno, immo debito tempore, fuerit diſsimulatum, non ſuffecerat ad purgandam negligentiam, poſtea intempeſtiuè tumultuari, vt per Feli. traditur. c. ſi autem, in verb. negligentia, De reſcriptis. vbi docet: Quando aliquid agendum

ſit,

fit, certo tempore & loco, eo ipso, quod is, qui facere debet, non faciat, negligentem dici, nisi de impedimento doceat. Accedat, quòd noctis tempus ad insequendos latrunculos, fugitiuos prorsus, non erat aptum, vt experientia docet. Quomodo enim de nocte & in syluis hostem inuestigarent, qui ipsi propria vestigia deprehendere vix poterant. Fa. quæ alio casu cõsuluit Io. de Imol. consil. 147. Vnde excursum istum potius simulatum, quàm verum & germanũ fuisse res ipsa docet. Bar. in d. l. 1. §. Excusantur. Nec etiam credibile est, quòd locorum angustiæ fuerint munitæ (vt Procurator iactitat) imò nec eam in rem quicquam legitimè probatum fuit. Nam dubitari non potest, si loca munita fuissent, si exitus, si diuerticula, si nemora & fluminis transitus fuissent clausa, si in continenti, postquã captura cognoscebatur, Territorium vndiq; se ad insectationem effudisset, prædatores isti effugere aut elabi nõ potuissent. Et constat, quod in re non verisimili durior incumbit probatio. Abb. Fcli. c. Quia verisimile, De præsump. cum sim. ibidem allegatis. Et hæc est, me iudice, veritas. Fa. Ang. in d. l. Ne quid, De incend. rui. nauf.

Tandem non obstat, quòd duo ex compluribus comprehensi, & iussu Domini Episcopi vltimo supplicio sunt affecti. Ista enim criminosorũ pœna nõ purgat negligentiam Domini Episcopi, per quam grauissima damna actor passus est. Imò si etiam de isto hoste Scio, supplicium sumptum esset, nõ excusaretur Dominus Episcopus de sua negligentia, per elegantem doctrinã Bal. in d. l. In cognitione, vers. itẽ ista lex, ad Sylla. cùm dicit: Quamuis ipse principalis sit punitus de facto: Syndicum tamen, qui fuit in mora, debere puniri de negligentia. Porrò quid proderat miseros istos seruulos comprehendere & punire, cùm tamen contra cognatos & attinentes suos Dominus Episcopus non processerit, qui hostem receptasse dicuntur: Sed dat veniam coruis, vexat censura columbis, vt dicit Iuuen. Et hactenus de secundo capitulo, in quo culpam et negligentiã Domini Episcopi satis comprobatam esse credimus.

Nunc verò ad vltimum capitulum: An Dominus Episcopus ad reponendum actori damnum sit obligatus. Verùm in materia præsentis capituli, in priori consilio in secundo capite, & pluribus seq. multa tractauimus, proptereaq; hic breuioribus quantum possibile est absoluemus, Decisioniq; in d. priori cõsilio inhærentes dicimus, Dominum Episcopũ ad reponenda suprà dicta damna actori, iure exigente, esse obligatũ, ex sequentibus fundamentis, quorum aliqua ex priore consilio, quatenus commodum erat, repetiuimus.

Et primò, veritates suprà dictorum duorum capitulorum, quæ suprà per longũ sunt declarata, Dominum Episcopum ad sarcienda isthæc damna euidenter stringunt. Aut enim dicta securitas intelligitur, vt sit limitata & mutilata: tunc, cùm sit imperfecta, fraudibus & rapinis exposita, iuriq; & rationi contraria, & iniqua, per quam & actor contra ius deceptus, & iacturam fortunarum suarum perpessus, atque ita in periculo vitæ suæ constitutus sit, nemo alius misero homini damnum reponet, quàm author damni Episcopus, cuius Officialis cum isthac fraudulenta securitate eum decepit. Est enim vulgati iuris, eum, qui occasionem damni dat, damnum dedisse videri. L. Qui occiderit. §. In hac, cum mul. concor. per gloss. ff. ad l. Aquil. Sin verò dicta securitas ex iure communi, & ex consuetudine circumuicinorum Principum, Item ex antiquo stylo Curiæ Episcopalis generaliter intelligenda est, & ad omnes extendatur, etiam extraneos, quorum dominus potens sit, vel quos coërcere possit, sicuti meritò intelligi debet id, quod in priore consilio, in 1. capite latè probauimus: tunc dubitari non potest, quin dicta securitas per prædatores sit violata. Deniq; & ipsemet Dominus Episcopus ad suum Officialem Pancratium N. testem tertium scribens, securitatem suam violatam esse fatetur, id quod ex dicto teste tertio cognoscitur. Sed & ipse Procurator Domini rei in nouissima Replica, & item in posterioribus suis interrogatorijs 7. & 9. dictam securitatis violationem confessus est: & meritò, cùm antiquus stylus (quod sæpè repetimus) non mutilatam, sed legitimam securitatem dicti prædatores violarunt, 47.

quos Episcopus vel exeludere, ne in Territorium intrarent (si custodiã adhibuisset) vel cùm intrassent, anteuertere, præoccupare, & comprehendere potuisset ne elaborentur, si fuisset adhibita diligentia: sicuti hæc superius per prolixum sunt probata. Rectè etiam hoc casu Dominus Episcopus in pœnam negligentiæ ad damnum tenebitur, ne ex delicto commodum sentiat, contra l. fine hæreditaria, in fi. cum glo. & concor. ff. de neg. gest. Et nemo tumultuetur, quod forte putari
48. posset iniquũ esse, si alter pro alterius facto teneretur: Quia immo Dominus Episcopus non tam ex alieno, quàm ex suo proprio facto tenetur propter dictam suam negligentiam: vt eleganter consuluit dict. Francisc. de Capitibus d. consil. 40. in consilijs Calca. &c.

Quod autem Procurator Domini rei in nouissima Replica sua putat, quod non bene arguatur à violatione securitatis, ad satisfactionem damnorum, cùm securitas violari possit, & nihilominus Dominus Episcopus ad damna non teneatur, qui non contra hostem, sed quoad se & suos limitatam securitatem dederit &c. Non obstat, imò nihil habet momenti. Suprà enim latè probatum est, quòd Dominus Episcopus limitatam securitatem dare non potuerit, cum dici securitas non possit, quæ non reddat securum per locum à coniugatis. Verùm quàm improuida & sibi ipsi repugnans sit ista partis aduersæ ratio, modicis ostendemus. Nã si Dominus securitatem suam limitauit (vt Procurator suus dicit) quomodo per casum hostilem violari poterat, cùm is casus opinione aduersarij in securitate non comprehenderetur? Sin verò violata est securitas, quomodo dici poterit, quod ea securitas fuerit limitata? Porrò, vt latius vrgeamus, cùm Dominus Episcopus & ipsius Procurator, vltrò confessi sint, securitatem esse violatam: Consequens est, quod sine veritate asseruerint in ea securitate hostem Seium non contineri. At cùm putant hostem non contineri: Consequitur, quòd sine veritate securitatem esse violatam asseruerint: securitas enim, quæ non erat, violari non potuit à parte in modo, ad suum totum negatiuè arguendo. l. 1. §. Iulianus, De iti. act. pri. Et fa. quod per manus traditur: Non entis nullas esse qualitates. L. eius, post medium. ff. si cer. pe. E diuerso, si est violata securitas: Ergò aliqua erat securitas, à
49. toto in modo, ad suam partem affirmatiuè arguendo. Quod si fuit securitas: igitur tota, & in genere fuit, quia dictio simpliciter posita, tota intelligitur. d. l. de ętate. §. Qui interrogatus, De interrog. act. Non ergo erat limitata. Ecce, quomodo incõsideratus iste Procurator, cùm per lubricas suas effugelas imponere veritati pergit, in impossibile perplexi incidit, de quo in l. Si Titius, De condi. insti. & inter duos arietes, de quibus in l. 1. §. Cùm arietes. ff. Si quad. paup. fe. di. positus, ab vtroq; colliditur, vel certè alterutram in partem se conuertat, nodo indissolubili illigatur. Proinde euidenter euictũ est, dictam consequentiam pro parte actoris à violatione securitatis, ad damna reponenda sumptam, iustam esse & efficacem. Hæc prolixius ideò tractauimus, quòd Procurator partis aduersæ in sua Replica velut deludere prædictam arguendi seriem videbatur.

Præterea, quòd pars aduersa in nouissima Replica sua obijcit, Dominum Territorij non teneri, si eo ignorante deprædatio facta sit: monetur fortasse per gloss. & Bar. in l. Ne quid, De incend. rui. nauf. cum sim. Sed non obstat: Quia quamuis Dominus Episcopus casum deprædationis ab initio ignorare poterat: creditur tamen quòd eandem deprædationem tam citò resciuerit, vt si facta fuisset debita diligentia, prędatores non effugissent, id quod suprà in secundo capitulo latè deductum est. Addo quod Regentes seu Magistratus Ciuitatis N. eam deprædationem mox post factum sciuerint, vt ex testibus suprà allegatis & præsertim ex quarto & sexto teste actoris satis constat. Et iure traditur quod ex loci vicinitate in Officialibus notitia facti præsumatur. Bar. in c. Quosdam. ibi Feli. de præsump. Cùm igitur Officiales hoc facinus mox resciuerint: certè & Dominus Episcopus sciens fuisse præsumitur, per doctri. Bar. in d. l. Ne quid, in vers. & intelligo. Et dato, quòd ignorantia suis casibus Dominum terræ excusare possit: hoc

tamen

tamen non procedit, si Dominus terræ aut Officiales vel Magistratus ante patratum facinus per dissolutam negligentiam Territorium non custodierint, angustiasq́ locorum, & alia diuerticula nõ munierint, id quod sentire videtur Ang. in d. l. Ne quid. Vt suprà satis declarauimus. Nam ad custodiam Territorij die noctuq́ Domini tenentur. d. l. In nomine, vbi est tex. maximè cum vectigalia recipiant: vt vult Barba. in addi. ad Bal. d. l. Si quis non dicam. Vnde cùm culpa casum præcesserit, Dominus terræ, etiam ignorans tenebitur. Et satis est si ea in re familiares ipsius Domini & Regeñ. culpabiles fuerint, vt eleganter tenet Bar. in d. l. Ne quid. vers. Sed si poneres. Et dicit Card. in Cle. ne in agro. 4. not. De statu Monach. Si familiares Episcoporum aliquod delictum commiserunt, teneri Dominos etiam ignorantes. Fa. Ioh. de Anania in tit. de Cle. vena. in rubri. Et eum alleg. Feli. d. c. Nulli, De accusa. Eo etiam vero existente, quòd Domini terrarum, cùm recipiant vectigalia, seu pædagia, ad damna tenentur, etiamsi datorem damni nesciant, vt per Laur. Calca. consil. 61. & Barba. in addi. ad d. l. Si quis non dicam, ad Bal. Dominus igitur Episcopus, etiam ignorans, tenebitur, non tam ex ipso facinore, quàm ex culpa sua, suorumq́ Officialium, quæ dissolutam negligentiam ostendit, & quæ huic facinori, si non causam, tamen occasionem dedit. Et per hæc, prima ratio obligationis Domini Episcopi satis est comprobata.

Secunda principalis ratio sumitur ex persona Titij, Qui cùm sit de subditis Domini Episcopi, & socius deprædationis fuerit, certè Dominus in vim securitatis, Actori datæ (quocunq́ modo ipsa securitas intelligatur) ad damna obligabitur: sicuti hoc in priore consilio latiùs deduxi, & probaui, ideoq́ non repeto. Verùm pars aduersa in nouissima Replica sua per aliquot folia putat, facinus dicti Titij ad Dominum Episcopum non pertinere. Tum quòd is Titius, tanquam socius facinoris, ad hostem transfugerit. Quapropter Dominus Episcopus ipsius non sit potens, nec potestatem sui habeat, cùm transfuga fuerit vsque in hunc diem. Tum etiam quòd licet is feuda aliqua ab Episcopatu Ciuit. N. gerat: tamen vxor sua cum consensu Episcopi sit pro dote in dictis feudis assecurata. Item, & proprietas domus, in qua Titius domicilium fouerit, pertineat ad alios Principes. Et porrò Domini de Liga Sueuica ante facinus deprædationis, Castra & subditos, cum bonis dicti Titij occupauerint &c. Ego huiusmodi defensiones, quatenus facti sunt, suæ sorti dimitto. Attamen in actis non comperi probatum, quòd vxor Titij sit in feudis Ecclesiæ assecurata, vel quòd proprietas domicilij aliorum sit Principum, & quod Liga Sueuica bona eius (vt prædicitur) occupauerit. Quapropter nõ video, quòd per huiusmodi deducta, tanq́ rem in actis non probatam, Dominus Episcopus subleuetur: quia non est satis asserere, nisi probetur, & boni viri non allegant, quod probare non possunt. l. Qui accusare. C. de eden. 2. q. 6. quia plerique, glo. c. Non est, De consue. li. 6. cum sim. Et sit sanè verũ, quod vxor in dote sit super feudis assecurata: nihilominus tamen Dominus Episcopus feuda, quæ iam propter desertionem Titij Ecclesiæ aperta, & quibus ipse priuatus erat, ad se recipere, & detinere, aut alijs concedere poterat, iure vxoris nihilominus saluo: sicuti per Bar. in l. Si finita. §. Si de vectigalibus, De dam. infe. eleganter deducitur: Paria super domicilio, quod ad alios Principes pertinere dicitur. Nam ius quod habuit Titius in huiusmodi habitatione, Dominus Episcopus ad sese recepisse, vel vendicasse poterat, ꝓprietate Dominis reseruata, & per Bar. in d. §. Si de vectigalibus. Quod si Liga Sueuica bona aliqua occupasset, verisimiliter credi potest, eam impedimento futuram non fuisse, quo minus Titij ratio habita fuisset. Sed profectò non video, quomodo defensiones suprà dictæ simul stare possint. Nam si Liga Sueuica, castra, subditos, et bona Titij occupauit, quomodo poterat vxoris dos salua esse? vel quomodo proprietas domicilij alijs Principibus remansit? Quapropter dictæ defensiones mihi verisimiles non videntur. Item constat, quod pro parte Actoris in altera sua Replica inter alia deducitur, quòd dictus Titius in Episcopatu ciuit. N. securè & ociosè conuer-

ſatus fuerit, ibiq́ in ſua habitatione ſine impedimento nouam cellam vinariam ædificauerit: ſubiungens, quòd quamuis caſtrum ei ſit dirutum: bona tamen alia ei per Ligam Sueuicam non ſint detenta &c. Cæterùm pars aduerſa in ſua nouiſsima Replica hoc factum expreſsè non contradixit, huiuſmodi enim verbis vſus eſt, **Er laß ein vermainte red ſein ꝛc. Vnd ſein gnediger Herr hab das gründtlich nit gewißt ꝛc.** Per quæ verba pars aduerſa ædificium non contradicit, ſed Dominum ſuum excuſat, quaſi hoc neſcierit: quod tamen nō eſt credibile, per ea, quæ ſuprà dixi, dum allegaui Bal. c. Quoſdam, De præſump. Quomodo enim latuiſſe Titius diceretur, vel occultè in loco fuiſſe, qui ædificando copiam ſui publicè præbuit? Arg. l. Fulcinius. §. Illud ſciendum. ibi, Etenim &c. ff. quib. ex cau. in poſſ. ea. Ex prædictis & alijs conſtat, quòd Dominus Epiſcopus, ſi diligenter ſollicitari & aduerti iuſsiſſet, perſonam Titij benè prehendiſſet, vel certè res & bona ſua ad ſeſe facillimè vendicaſſet. Eo accedente, quòd antiquus ſtylus Curiæ Epiſcopalis, in dandis ſecuritatibus, Epiſcopum & ſuos, ſine omni conditione, obligauit. id quod pro parte Actoris in dicta ſua altera Replica latius deductū eſt, & ego aliquo modo in primo capitulo ſuperius attigi. Hæc igitur ſola ratio ſufficere poterat, per quam Dominus Epiſcopus ſine contradictione actori ad damna ſit obligatus, cùm Titius ſit de ſuis, ipſeq́ Epiſcopus à principio ipſius potens fuiſſet, vt cuius res & bona per Epiſcopum meritò fuiſſent detenta. Cætera circa perſonam Titij in priori conſilio latè ſunt declarata.

Iam verò & tertia ratione Dominus Epiſcopus & quidem clariſsimè conuincitur dictæ obligationis reus: Ex actis enim abundè conſtat, quòd anteceſſores Domini Epiſcopi, dum eorum ſecuritas violaretur, ſeſe cum deprædatis amicè compoſuerint, eorumq́ damna ſeu iacturas ſoluerint: hoc enim ex reſponſione Procuratoris partis aduerſæ ad 13. & 14. poſitionum articulos Actoris conſtare poterit, quos dictus Procurator, quo ad factum ibi contentum, veros eſſe credidit. Denique dicti articuli per teſtes Actoris, 30. 31. 32. 33. & multos ſeq. ſufficienter ſunt probati. Item idem Actor in ſua altera Replica articulo 6. deduxit, quòd ſub ſecuritate, ſibi aliquando à N. quondam Epiſcopo data, ſpoliatus fuerit centum florenis, qui ei reſtituti fuerint. Quam aſſertionem Procurator partis aduerſæ, quatenus ex actis cognoſcere potuit, ſpecialiter non oppugnauit, ſed tacitè prætereundo diſsimulauit. Porrò ex 27. teſte Domini rei Ioanne N. ad ſecundum interrogatorium primi articuli partis aduerſæ, patet, quòd ante complures annos Dominus Georgius N. eo tempore Epiſcopus Ciuit. N. cuidam nobili de N. qui in Territorio ſuo deprædatus erat, damnum repoſuerit. Cùm igitur anteceſſores Epiſcopi his, qui in Territorio Epiſcopali poſt ſecuritatem datam, damnum paſſi ſunt, huiuſmodi damna reſarciuerint, committereq́ noluerint, vt ſuper ſecuritatibus ſuis, & adeò ſuper regalibus ſine iuſta cauſa diſceptaretur: ſed more laudatiſſ. Principum, obloquentem ignominiam populi declinarint, rectè & iurè infertur, quòd & Dominus reus exemplum ſuorum anteceſſorum ſequi, & ſimilia facere debeat. Cùm enim ex huiuſmodi ſatisfactione damnorum, tam ſæpè facta, conſuetudo in ſimilibus ita agendi ſit ſuborta, vt in priori conſilio, in ſecundo capite in quarta ratione, plenè eſt probatum. Non poterit Dominus Epiſcopus ceruicem excutere, quin in caſibus ſimilibus ad ſimilia ſit aſtrictus. Hoc enim argumentum, quod à ſimili recta ſerie ſumitur, vrgenter ſtringit. Glo. in c. Tranſlato,
51. De conſti. Nec expedit, quòd tota res ſit alteri rei ſimilis: ſed ſatis eſt, ſi ſit ſimilis in eo, quod ad rem pertinet. c. Cum dilecta, De confir. vtil. vel inutil. Niſi ex aduerſo in ea re diſsimilitudo probetur. c. 2. de tranſla. præt. Et quod procedatur de ſimilibus ad ſimilia eſt regulare. §. Item ſi adhuc, verſ. & huic ſimile. Inſti. mand. c. In cauſis, De re iud. Bal. in l. Data opera. 7. col. C. qui accu. non poſſ. Oldr. cōſil. 12. in prin. Et quod hoc argumentū procedat, etiā ſi nō eſſet omnimoda ſimilitudo. tenuit Abb. in c. Cōſtitutus, 2. not. per illū tex. De appel. & c. Quemadmodū, De iureiur. Fa. Bal. in l. 1. C. de interdict. dū de Statutis loquit. Nūc in ꝓpoſito,

quo

quo ad restitutionem damnorum, quæ ex violata securitate reficiuntur, omn... da est similitudo inter antecessores Episcopos Ciuit. N. & inter Dominum ... nã vtrobiq; ad Territoriorum custodiam in vim regalium tenentur, vtrobiq; da debent legitimæ & iustæ securitates, vt liceat tutò commeare: vtrobiq; defendendæ securitatis onus iniungitur, vt sic in proposito non solùm similitudinis effectus, sed & rationis paritas (quæ fortior est, quàm arg. à contrario sensu, vt dicit Philip. Corn. consil. 150. ad fi. 3. par.) Dominum reum potenter obliget. Ad suprà dicta facit, q; per Procuratorē Domini rei in nouissimâ Replica sua asseritur, quòd idem Dominus reus vestigia suorum antecessorum sit imitatus, eisq; inhæserit. Vnde non solùm ex iuris doctrinis, sed etiam ex propria confessione Dominus reus astringitur, vt vestigia suorum antecessorum seruans, de dictis damnis satisfaciat, sicut in similibus casibus antecessores fecisse comprobantur. Hoc enim est vestigia antecessorum sequi, si ea, quæ antecessores seruarunt, in casibus paribus obseruentur. arg. c. Alius. item. 15. q. 6. &c.

Quòd si contenderet pars aduersa, dominum Episcopum sese ad vestigia antecessorum non simpliciter, sed duntaxat quo ad securitates datas retulisse. Respondeo, connexa esse ea, quæ ad securitatem, & quæ ad damna ex violatione securitatis orta sunt, pertinent. Proinde si Dominus Episcopus in securitatibus vestigia antecessorum sequi voluit: rectè & in omnibus alijs, quæ ex securitatum datione consequuntur, ea imitari obligatus est, vt proximè suprà satis declarauimus, dum de similitudine diceremus. Et fa. vulgata regula, qua dicitur: Accessorium naturam sequi principalis. Nec potest etiam vlla dari ratio, cur in connexis, Dominus reus partem probet, partem improbet: cùm idem sit connexorum iudicium, vt suprà satis probauimus. & fa. glo. c. Hæc. 3. q. 7. cum simili. ibi alleg. Deniq; si in securitatibus Dominus reus ad antecessorum vestigia sese retulit, cur antiquum stilum & antiquam formam salui conductus, ab antecessoribus seruatum, de quo 27. testis suus & alij deponunt, mutauit? Cur non antecessorum suorum stilū obseruari fecit? Profectò satis mirabili processu pars aduersa se inuoluit, quæ vestigia antecessorum iam sequi, iam ab eis recedere contendit. Et in summa, si Episcopi antecessores eorum securitates limitatè & iniquè dederunt, & nihilominus curauerunt de damnis deprædatorum satisfieri: cōsequens est, quod recognouerint eas fuisse insufficientes. Si verò rectas dedère securitates, iuxta depositionem sæpe nominatorum testium: tunc ex vi securitatum ad damnorum refusionem tenebantur. Cum nunc pars aduersa cōfessa sit, & iactitauerit, se vestigia præcessorum sequi: consequens necessariò est, alterutram partem e x dicto dilemmate is Procurator acceptet, quòd in laqueum reponendi & farciendi damna inciderit. Cætera, quæ ad hanc rationem pertinent, in priore consilio inueniuntur. 52.

Iam & quarta ratio à circumuicinis principibus sumitur. Nam ex dictis testium actoris constat, quòd mercatoribus in Territorio ducis N. damna sunt restituta, de quo 27. & 42. testes deponunt. Præterea & in Territorio Palatini de deprædatione Francisci de N. per testem 40. fit mentio. Item de deprædatione mercatorum in Territorio Domini Episcopi Moguntini. Et quòd dictus Episcopus summam eiusdem deprædationis saltem aliqua ex parte soluerit, & adhuc aliquam partem sit obligatus, deponunt 39. testis, & dictus 40. & 41. testes. Cùm itaque circumuicini Principes securitates suas eatenus manuteneant, vt si violatæ sint, damna deprædatis reponant: id quod de iure communi tenentur. Cur non & Dominus reus paria faceret? Immo is Dominus reus ad hoc tantò magis astringitur, quantò plus tanquam Ecclesiasticus Princeps ad tutelam securitatemq; Territorij sui, diuino & humano iure tenetur, ad quod repetimus ea, quæ suprà in primo capitulo in quinta ratione latius probauimus. Et hæ tres rationes ab antecessoribus Episcopis, & à circumuicinis principibus sumptæ Dominum reum ad dam-

na actori restituenda, & ad defectum salui conductus in vim regaliũ manutenendum, fortiter obligant, cum iam proximè ex similitudinis connexitate hoc euicerimus: Et suprà in primo dubio primi capituli probauerimus, quod Dominus reus vsum & consuetudinem circumuicinorum seruare astringitur, nisi rationem exemptionis doceat, vt per Cald. dicto consil. 4. in tit. de censi. &c.

Verùm pro parte Domini rei aliqua contradictas tres rationes in actis obijciuntur. Et primò quòd licet probatum esse potuerit, pecunias aliquas deprædatis mercatoribus fuisse pro eorum damnis persolutas: Non tamen constet ex testibus, quod antecessores sui eam pecuniam soluerint, cum aliqui de Domino Episcopo Herbipoleñ. deponant, aliqui de quodam Ioanne in H. & de alijs loquantur, qui huiusmodi pecunias numerauerint &c. Sed certè si veritati locus sit, tantum abest, vt hæc obiectio valeat, vt etiam Procuratorem partis aduersæ isthæc euasio non deceat. Cum enim dictus Procurator ad 13. & 14. articulos actoris medio iuramento calumniæ respondendo, eosdem articulos, quo ad factum veros esse crediderit, licet quo ad ius obligationis negauerit, atque ita narrationem facti confessus fuerit: non licebat ea inficiari, quasi antecessores eam pecuniam non soluissent. Denique quid refert, quis soluerit, dum tamen Episcopis efficientibus, & id fieri curantibus, damna sint restituta? Non enim refert, quis conuentioni satisfaciat, dum constet nomine contrahentis esse satisfactum. L. si verò non renumerandi. §. Si filio. ff. man. L. vniuersis, ibi. Bal. C. de preci. Imp. off. vbi nõ refert, per quem rescriptum sit impetratum, dum à Principe sit concessum. Et dicit ibi
53. Bal. quod non quæritur persona ministri: sed persona eius, cuius ex actu acquiritur. Hoc est quod Bar. Alex. & cæteri in L. cùm seruus, De ver. obli. dicunt: sufficere, à quocunque fiat, dum nomine eius, qui facere debebat, factum fuerit. Idem Bal. in l. pe. 8. col. C. de condi. in ser. Quapropter licet Episcopus Herbipoleñ. & Ioannes in H. solutionem mercatoribus fecisse dicantur: tamen non nomine eorum proprio (quia nec Territorio Herbipoleñ. fuit facta iniuria, nec alter habebat Territorium) sed nomine Episcoporum Ciuit. N. ea fuisse soluta pecunia intelligitur, in quorum Territorium nempè circa Oppid. N. facta est deprædatio. &c.

Nec obstat etiam, quòd Procurator partis aduersæ contendit, Dominum Episcopum Moguntinum cæterosq; Principes non fuisse per sententiam conuictos, vt soluerent, nec iudicio contradictorio &c. Quia respondeo, eos hoc nomine quàm maximè laudandos fuisse, vt qui vltrò de se hoc præstare voluerint, quod decebat illustres Principes, nempè non abuti regalibus: saluos conductus, quos dederant, manutenere, & non committere, quod sub fide eorum aliquis deciperetur. arg. d. l. 1. c. qui ve. æta. impet. Nec opus erat vt iudicio contradictorio per sententiam vincerentur: scilicet qui præter controuersiam vltrò iusta & digna principibus facere parati erant. Nam qui litigare maluerint, quàm restituere, is in morę delictum incidit. l. Nemo, De verb. obli. Moram autem dolum nominant scriptores, Ias. in l. Si verò, qui satisd. cog. Et dicit Fabianus Papa, non oportere seruos Dei litigare, sed mites esse. c. Sicut Sacerdotes. 2. q. 7. Hoc est, quòd Paul. 1. ad Corinth. 6. ca. iudicia inter Christianos detestatur: quæ si incidant, non alijs committit, quàm his, qui contempti sunt in Ecclesia. Proinde multò satius, multò consultius esset, si Dominus Episcopus Ciuit. N. Princeps Ecclesiasticus, vestigia suorum antecessorum imitatus (vt iactitauit Procurator) pauperi actori damna sine iudicio, sine litigatione, sine expensis restitueret, quàm quod per strepitum iudicialem & se & pauperem actorem expensis inutilibus inuolui, & post multas fatigationes, tandem per sententiam iusta facere cogetur. Sed, Aduocatis & Officialibus isthæc consilia fortè non placent. Nihil igitur est, quòd super contradictorio iudicio hoc loco Procurator disceptat, vt per Doct. communiter in L. de quibus, ff. de. LL. cum vulg. &c.

Tandem

Tandem non obstat, quod satis improuidè per Procuratorem partis aduersæ opponitur, sua non interesse, quid alij principes fecerint, qui & donare sua alijs potuissent, Nec se vrgeri exemplis aliorum &c. Quia respondeo: Contrarium verum esse. Nam supra docuimus ex Cald.consil.4.de censib.dominum Episcopum in talibus obligari consuetudine & vsu circumuicinorum Principum, nisi causam doceat, cur sit exemptus: In similibus enim casibus similia iura statuuntur, etiam in his, quæ contra Ius commune specialissimè fuissent inducta, vt per Laur: Calca. consil.43. col.4. qui alleg.glos.in l. Illud. C. de sacrosan. Eccles. & glos. in l. Si ob æs alienum. C. de præd.mi., Et fa. multa, quæ suprà de similibus adduxi. Porrò Actor hic non principaliter exemplis, sed consuetudini vicinorum Principum nititur, quæ per exempla probantur. vt in simili dicit glos. in d. l. De quibus, in verb. inueterata, ad fi. respondendo ad l. Nemo. C. de sentent. Additis etiam alijs solutionibus ibi positis. Fa. quę tradit Bar. in d. l. Nemo, dum docet, qualiter exempla sint sequenda. Et si pars aduersa contenderet, Dominum Episcopum propria vti consuetudine dandi securitates, & propterea ad exempla vicinorum astringi nō oportere, per glos. in c. Super eo, in d. ca. Sopitæ, De cens. &c. Non obstat: quia suprà latè euicimus ex trium testium dictis, quòd antiqua consuetudo modernis istis vsibus, securitates mutilatas dandi, sit contraria. Et porrò, si etiam aliqua extaret consuetudo, eam esse prauam, iniquam, & detestandā, & pro nihilo haberi docuimus. Quapropter iura & glossæ supra allegatæ, in c. super eo, in c. Sopitæ, pro Actore sunt, & contra Dñm reum, in eo, quòd determinatur, vicinorū vsum sequi oportere, nisi propria quis ratione defendatur. Denique non sunt tam vili nota expendendi, & æstimandi illustres Principes circunuicini, quasi malis nitantur exemplis, quæ sequi non conueniat: quin immò, cùm ista manutentio securitatum, quæ per Principes fieri consueuit, ex debito naturalis & legalis iustitiæ, ex dictamine rationis naturalis & ex ingenita generositate processerit. Vnde cùm pars aduersa reijcere tam honesta exempla pergit, videat ne ius, fas, & naturalis æquitatis vigorem reijciat, non sine ignominia, quæ Dominum Episcopum, vt Principem Ecclesiasticum quàm maximè dedecet. Quantę enim autoritatis sit naturalis iustitia, æquitas, ratio, in iure nostro passim liquet, per Doct. sæpissimè tractatur, & inter modernos Ias. in l. dedi. §. Si liber 5. not. De condict. cau. dat. latè prosequitur &c. 54.

Tandem in actis deducta est promissio, quam dicitur fecisse scriba Domini Episcopi, nempè, quòd is Dominus Episcopus, exemplo antecessorum suorum restituere damna Actori velit, prout hæc in actis articulo 15. Actoris, & in rotulo examinis in articulis additionalibus latiùs deducuntur. Quæ certè promissio scribę per tres testes nouissimè examinatos Christophorum, Sebastianum & Leonem N. sufficienter esse probata, prout in rotulo examinis latiùs continetur. Verùm pars aduersa inter alias euasiones obijcit, quòd is scriba à Domino Episcopo non habuerit mandatum talia asserendi vel promittendi: & verum est, quòd in actis de mandato non apparet, Vnde dicta confessio, quamuis Dominum Episcopum cæteris paribus fortè non obliget, quia alteri per alterum &c. Insti. de inutil. stip. §. Si quis alium. Vehementes tamen coniecturæ faciunt, vt credi oporteat, Scribam prædictum sine iussu Domini Episcopi talia non promisisse. Siquidem condictus Scriba vnus ex deputatis Ligæ Sueuicæ, nomine Domini Episcopi in consessu Sueuico adfuerit, & inter suos collegas viros primarios eam promissionem & assertionem, nomine dicti Domini Episcopi, fecerit. Non est credibile, quòd is sine iussu, cōnsensu aut voluntate Domini sui rem tam prægnantem promiserit, virosque istos primarios in cōsessu publico, qui totā Sueuiā repræsentabant, verbis mendacibus decipere, & ludificari voluerit: grande eñ piaculū & punibile delictū fuisset summis viris in re tā seria mētiri, id quod ad sensum patet. Cùm ergò actus q geritur

 in

in dubio potius interpretari debeat, vt delicto careat, quàm quòd in tam graue delictum tendat.l. Merito.ff. pro soc. Vnde præsumi oportet, dictum actum promissionis honesto & licito modo, id est, iussu & consensu Domini Episcopi, &
55. non iniusto, id est, citra eius consensum deceptorijs verbis factum fuisse. Actus enim à prouidis & honestis personis factus, præsumitur iustè & legitimè gestus. c. Nisi essent. ibi. Abb. de præben. Soccinus consil. 164. 2. col. ad fi. qui alleg. Inno. c. 1. de cler. pereg. Et quod actus in dubio ita interpretari debeat, vt delicto careat. Tex. est in d. l. Meritò, & in c. Estote, De reg. iur. vbi dicit Abb. Cùm facta referri ad delictum, & non delictum posſint, debeant in eam partem referri, quæ delicto careat. alleg. glo. in c. Absit. 11. q. 3. Quæ præsumptio tunc fortissimè procedit, si ex qualitate personarum adiuuetur. Sed in nostro casu qualitas personarum, videlicet Domini Episcopi, & eius famuli, multum operatur. Nam non est verisimile, quòd famuli talia faciant sine consensu Domini: vt dicit Bar. in l. De pupillo. §. Si quis ipsi. 10. quæst. De op. no. nunc. Qui alleg. c. constitutis, cum cap. seq. de testib. Et Abb. d. c. Estote. Fa. glo. cùm ab omni, De vit. & ho. Cle. l. Quoties, De verb. obl. cum sim. Accedat geminatio istius confessionis, seu promissionis. Nam non solum coram primoribus Ligæ Sueuicæ: sed etiam priuatim in Ciuitate imperiali N. in domo cuiusdam mercatoris N. is scriba similia super restitutione damnorum pollicitus est, verbis etiam asseuerantibus: sicuti per dictos tres testes nouissimos clarè probatum fuit. At multiplicatio actus fortius robur tribuit actui celebrato, vt tradit Socci. cons. 15. col. 11. qui alleg. no. in c. 1. de reb. Eccle. non alie. li. 6. cum sim. Porrò cùm ipsemet Dominus Episcopus legatis dictæ Ciuitatis imperialis N. pollicitus sit, se in hoc actoris negotio ea facere, quæ digna sint Principe, vulgo: **er wölle sich Fürstlich halten/** diligentiamq; possibilem adhibere, vt actori damna restituantur. Ea verba in principe magnam vim habent: Principem velut iure gentium obligant, vt bonam fidem pollicitationis suæ agnoscat. Nam ex rationis naturalis dictamine potissimè Principes obligantur: vt dicit Bal. ex Seneca in prohe. C. col. 5. & idem C. 1. §. Adhoc. 7. col. De pa. iur. fir. in ti. De pa. constan. vers. vel per aliam personam.
56. Quæ autem digna sint principe, quo ad præsentem pollicitationem, Socci. recenset consil. 32. col. 8. Principes enim in suo facto fraudem adhibere non debent, nec aliquem propter beneficium suum decipere, nec alicui inijcere laqueum, nec verbum suum variare. Alleg. c. Per tuas, De dona. d. l. 1. C. de his, qui ve. æta. 27. q. 1. C. de viduis. 2. c. Psalmista. 23. dist. c. Derisor, de pœni. dis. 1. c. Publicato, De elect. c. Cùm autem, De iur. pat. Cle. 1. de renun. cum sim. Et dicitur in epistola: Inter claras nihil esse, quod clariori lumine præfulgeat, quàm fides in principe. Bal. c. 1. §. fi. qui feu. da. pos. Veritatem in ore principum debere esse firmiorem, quàm in cæteris. Quibus consequens est, quòd cùm Dominus Episcopus Princeps Ecclesiasticus promiserit, se in hoc negotio facturum principe digna, quod attentis omnibus in hoc consilio tractatis, attentisq; vestigijs antecessorum, & promissione illius N. ad damna actori restituenda esse obligatum, cùm refusione expen. huius litis: quia victus victori &c. poterant etiam alia addi: sed prolixitas, quæ in hoc labore interuenit, & vires meæ aduersa valetudine affectæ latiora negârunt.

SVM-

Latior Iuris instructio in eadem causa, pro inclita & Imperiali vrbe .N. contra Dominum Episcopum Ciuitatis .N. &c.

SVMMARIA.

1 *Soluta quæ dicantur.*
2 *An sit disputandum de verbis claris.*
3 *Scriptura securitatis non pluribus affert vtilitatem quàm in ea contentis.*
4 *Intellectus, auribus vulgi non consonans, est reijciendus.*
5 *An aliquis teneatur de alterius facto.*
6 *Quando domini terrarum ad custodiam teneantur, item pro damno, in eorum Territorio alieni dato.*
7 *Gladium potestati cur sit datus.*
8 *Quis sensus uel intellectus in oratione ambigua sit amplectendus.*
9 *Tuitio Territorij quale sit Ius, & in quibus con-(sistat.*
10 *Lex an agat frustratoria.*
11 *Ratio naturalis an permittat lædere habentem Saluum conductum.*
12 *Quis propriè dicatur securus.*
13 *Beneficia dato, adiumento non detrimento esse debent.*
14 *Dignitas Episcopi quæ sit.*
15 *Contractus si dupliciter intelligitur, qualiter interpretandus sit.*
16 *De rigore scripturæ est, vt concordet cum fine seu Epilogo principium seu Exordium.*
17 *Scriptura non debet sibi ipsi contraria esse.*
18 *Epilogus scripturæ, etiamsi est contrarius Exordio: tamen non vitiat illud.*
19 *Conuentio Principis est bonæ fidei, & non mali &c.*
20 *Effectus Salui conductus quis sit, & vnde descendat.*
21 *Origo cuiusq; actionis est inspicienda, quia est fundamentum in vnaquaq; re.*
22 *An licitum sit à verbis instrumenti recedere, si proprius sensus est iniquus.*
23 *Pronomen Suus, pluraliter positus, an etiam ad extraneos se tendat, & an Extranei Sui dici possint.*
24 *Quod de natura Conuentionis est, non potest excludi &c.*
25 *Quis intellectus in instrumento sit recipiendus, is qui vulgo, rationi naturali, an iuri communi consonat.*
26 *An valeat dispositio si stilus non seruatur.*
27 *An omne, quod comprehenditur in scriptura, sit de voluntate illius, habentis eam.*
28 *Quibus ex causis teneatur Dominus pro damno, in Territorio suo ei dato, cui saluum conductum dedit.*
29 *Similia quæ dicantur.*
30 *Ex actu bino an fiat consuetudo.*
31 *Consuetudo quid.*
32 *Si plures sunt obligati ad soluendum aliquid, & vnus tantum soluat, an cæteri sint liberati.*
33 *Cautio securitatis pluraliter, non singulariter est intelligenda.*
34 *An & quando valeat regula: Limitatam causam, limitatum parere effectum.*
35 *An & quando pactis conuentis standum sit.*
36 *Tuitio Territorij est de regalibus, propterea non imperfectè sumendus vel dandus.*
sumendus vel dandus.
37 *Præsens tempus plus est inspiciendum, quàm præteritum.*
38 *Quando teneatur recipiens instrumentum seruare tenorem contentum in eo.*
39 *Quando diligentia alicuius sit animaduertenda.*
40 *An teneatur Dominus Territorij, semper habere expedites ad custodiam.*

CONSILIVM TERTIVM.

ADiuua nos Deus ſalutaris noſter. Reuerendus pater Dominus Epiſcopus Ciuit. N. tanquam Dominus & Princeps Territorij ſui, Ciui Imperialis Ciuitatis N. petenti ſecuritatem ſeu commeatum dedit (quem vulgus Saluum conductum nominant) ſub hac forma: **Daß er ſeiner Gnaden ſicher/ ſtracks vngefärlich glait geben hab / vnd gebe jm das alſo gegenwertigklich/ in ſeiner Gnaden Stätten für mänigklichs vnd in ſeiner Gnaden Land vnd gepiet/für ſein Gnad vñ die ſeinē/deren ſein Gnad vngefärlich mächtig iſt ꝛc.** Verùm dictus ciuis in eodem Territorio ciuitatis N. à prædatoribus captus, & deprædatus, eiſq; grandem ſummã pecuniam dare coactus eſt. Quo nomine idem Actor Dominum Epiſcopum iudicialiter conuenit coram Dominis iudicibus, per laudatiſſ. Ligám Sueuiæ deputatis. Vbi cùm ſuper huiuſmodi damno litigatum, & nonnulla hinc inde allegata & deducta eſſent: Conſultus ſum ego ſubſcriptus Doctor, pro parte dicti Stephani Actoris de iuſtitia, an ſcilicet ſua intentio de iure fundata ſit. Cui petitioni obniti nec debui nec potui: quando in eo præcipuè verſetur iuris noſtri profeſsio, vt iuſtitiam tueamur, æquum ab iniquo, licitum ab illicito diſcernamus. l. 1. in prin. De iuſti. & iur. Proinde ad ſolius iuſtitiæ & veritatis bonum aſſerendum hoc negotium (Domino adiuuante) conſulendum ſuſcepimus. Duo igitur capita toto hoc conſilio principaliter tractabo. Primum circa intellectum chartæ ſecuritatis verſabitur: Secundum declarabit, an Dominus Epiſcopus Actori ad eius impetitionem ſit obligatus.

Quo ad primum caput, præmitto pro euidentia, quod charta ſecuritatis ambiguitatem in ſerie verborum finalium continet: duplicem enim intellectum poteſt recipere. Primò quòd ſeries & ſtructura in dictis verbis finalibus coniunctim intelligatur, ita quòd verba ſub demonſtratione quadam ſeſe qualificent. Et erit ſenſus, quod Saluus conductus in ciuitatibus Domini Epiſcopi pro omnibus, in Territorio verò reliquo extra ciuitates pro Domino Epiſcopo & ſuis, quorum is potens eſt, conceſſus eſt: vt ita ſubditi, qui ſub ditione Domini ſunt, reſtrictiuè intelligantur, ſicut in ſimili, in l. 1. ad fi. & ibi Bar. C. de ſum. tri. & ſid. cath. Quo intellectu contra extraneos prædones extra ciuitates Territoriũ nulla eſſet Actori data ſecuritas, & hunc intellectũ pars aduerſa in iudicio defendere conatur. Alius verò intellectus eſt, quòd dicta verba finalia non coniunctim, ſed ſeparatim diſtincto flexu vocis ſoluta intelligantur, & vim copulæ habeant: ſic videlicet: **für ſein Gnad/** qui eſt primus flexus ſeu pauſa (vt vulgò nominant) **vnd die ſeinen/** qui eſt ſecundus flexus, **dero ſein Gnad vngefärlich mächtig iſt/** hic erit tertius flexus,
1. in vim ſoluti, quòd hîc ſupplet (vt dixi) vim copulæ. l. Sæpe. l. triplici, De verb. ſig. vbi ea ſoluta dicuntur, quæ ſiue copulatiua, vel diſiunctiua proferuntur, vt donum, munus, operas. Exempla ſunt in d. l. triplici, eo. tit. Et erit ſenſus, quòd ſecuritas ſeu commeatus, quem Saluum conductum nominant, Actori extra ciuitates domino Epiſcopo: item pro ſuis: & denique pro his, quorum potens ſit Dominus, competat: vt ſic non ſolum ſubditi, ſed forenſes etiam includantur, quo caſu cautio ſecuritatis plenè & perfectè prouidebit. Obſcuritatem verò fecit ſola omiſſa copula in fi. Quæ ſi vel eſſet ſeruata, vel à priore ſitu dictæ orationis ad finem collocata, iam ceſſaret ambiguitas: ſic enim ſonare charta poterat, **für ſein Gnad/ die ſeinen vnd dero ſein Gnad vngefärlich mächtig iſt ꝛc.** vt ſic ſoluta verba ad caput dictæ orationis ponerentur, & copula finem complecteretur. Et eſt probabile in Curia dicti Domini Epiſcopi, antiquitus ita fuiſſe obſeruatum: ſic enim in alijs Dominijs obſeruatur. Sed per Officiales fortaſsè, qui ſubſeruire Principibus voluerũt, copula à fine ad caput tranſpoſita eſt, & verba finalia ſub ſoluto ſunt relicta: vt ita dũ alij cõiunctim, alij ſeparatim dicta verba intelligũt, ambiguus intellectus eruperit. Nec enim ignoti ſunt mores Officialiũ aulicorũ, quorũ verſutias (vt leuiter dicam) Imperator non vno loco coercet. l. Prohibitũ, ibi Bar. l. Facultas.

C. de

C. de iure Fisc. li. 10. Et Lucas de Pen. in l. 1. in prin. C. de apocli. eo lib. Quòd autem dicta verba solutè & separatim intelligantur, potest suaderi ex alio loco dictæ securitatis, cum dicitur, sicher / stracks vngefährlich glait. Quæ certè verba pariter soluta esse nemo est qui nesciat. d. l. Sæpè. d. l. triplici. Nec me quisquã absurda moliri putet, qui in dicta charta seu cautione securitatis eam ambiguitatẽ colligo. Nam & Procurator Domini Episcopi in actis suis versic. vñ ob gleich rc. vltrò agnoscit, dictam chartam esse ambiguam, & nondum depuratam, principaliterq; discuti oportere, an ea cautio Dominum Episcopum obliget: Sic enim summariè verba sonant: **Das Principal vnd Hauptstuck sey/daß gerainiget vnd entschalden werden soll / ob sich das glait für männigklich oder für sein Gnad erstrecke? Vnd ob sein Gnad dasselbig verbinde oder nit.** Vnde non abs re factum est, quòd istam cautionis ambiguitatem præmittendo ostenderemus. Quæ cùm ita sint, dubitari non iniuria poterit, vter ex his intellectibus hoc loco præferri debeat. Et quia viam ferro aperit, qui per contraria transit, vt dicit Bal. in l. Precibus. C. de impub. & aliis subst. Vnde antequam nostra fundamenta deducamus, motiua partis aduersæ succinctè deducere volui &c.

Prima obiectio.

ET primò videtur, quòd dicta charta seu cautio salui conductus, pro intellectu partis aduersæ, coniunctim intelligi debeat. Verba enim cũ clara sint, & aperta, scilicet: **für die seinen / dero sein Gnad vngefährlich mächtig sey**: non esse ferendum, qui super eorum intellectu disceptare velit. l. Quicquid astringendæ 2. Respons. De ver. obli. l. Non aliter, de leg. 3. Et vulgò dici, cui verba non conueniant, nec dispositionem conuenire. c. Indemnitatibus. §. fi. de elect. li. 6. cum sim. &c. 1.

Secunda obiectio.

SEcundò opponitur, verba esse notas passionum, quæ animo gerimus. l. Labeo. §. Idem Tubero, De suppel. leg. Vnde quod verbum non sonat, nec mentem sentire: quia virtus sermonis ad hoc nõ porrigitur. arg. l. Si de certa. C. de transact. Et per manus tradi, vbi verba legis non habent locum, nec legem locum habere. l. Hos accusare. §. Omnibus. in ver. Quoniam caput. ff. de accusa. Cùm igitur charta securitatis extra Ciuitates, de subditis loquatur, non debet extendi ad extraneos.

Tertia obiectio.

ET tertiò, iuris traditione vulgatum esse, quòd simplex oratio sub taxatiua intelligatur. glo. in L. stipulatio ista. §. Hi, qui, De verb. obli. gloss. in l. Ob eam, ver. non vetus, De præscrip. ver. gloss. l. qui plures, in verb. ad superstites, De vulg. & pupill. glo. in c. Ea te, De iureiur. Proinde cùm in charta securitatis dicitur pro Domino Episcopo & suis subintelligi debet, quòd duntaxat pro eis sit data securitas. Præterea vulgò dici, inclusionem vnius esse alterius exclusionem. l. Cum prætor, De iud. l. Maritus. C. de Procur. glo. in c. Disciplina, post med. 45. dist. cum sim. Cùm igitur pro subditis Domini Episcopi sit data securitas: cõsequens esse, vt extranei excludantur. Quod & argumento, à cõtrario sensu, fundari posse videtur. l. 1. §. Huius rei, De off. eius, cui est mand. iurisd. 3.

Quarta obiectio.

QVartò, Iuris doctrina habet, in dubio verbis adhærendum esse, etiam si dura sit dispositio: tamen ea seruari, postquam verba hoc exigunt. l. 1. §. Si is, qui nauem, vers. In re igitur dubia, De exercito. l. Prospexit, qui & à quib.

Vnde

Vnde à primo intellectu, quem verba exigunt, non recedi; sed eum seruari, etiam si durus actori videatur.

Quinta obiectio.

4. QVintò, Eum intellectum, qui auribus vulgi non consonat, esse reijciendum, vt dicit Ias. in l. Si sic stipulatus, in l. Si quis ita promiserit. §. Scia, in l. Eum, qui ita. §. Qui stipulatur 2. De verb. obli. At intellectum primum auribus vulgi plus consonare, deniq; magis esse amicum literæ, & structuræ verborum: quo casu & amplectendum. Doct. in l. Non dubium C. de legi. Intellectum enim ex verbis sumi. d. l. Labeo. §. 1. vers. Non enim opinionibus, De suppel. leg. l. Nominis. §. 1. de ver. sig.

Sexta obiectio.

5. SExtò et vltimò, Videtur dictam cautionem securitatis, etiam iure exigente aliter intelligi nō posse, quàm quòd Dominus Episcopus extra Ciuitates sui Territorij de suorum tantummodo, quorum potens sit, & non de extraneorum facto seu insultu teneatur: nam sic est in alijs cōuentionibus. Cùm Titius Sempronio promittit, quod ei habere rem liceat, non tenetur, nisi de facto suorum, non autem de facto extranei, si fortè extraneus impedimentum adhiberet. Quod & procedit, si generaliter per quemcunque habere licere Titius promisisset. l. Stipulatio ista, in prin. & §. Quæsitum, De verb. obli. Et fa. l. Qui Insulam. §. fi. ff. loc. Vbi cùm colonus villas incorruptas præter vim & tempestatem reddere pmisisset, suorū violentiam præstare cogitur, non eam, quæ per extraneos inferretur. In proposito igitur videri Dominum Episcopum, suorum tantummodo violentiam rectè in sese suscipere voluisse &c.

Sed prædictis, alijsq;, quæ in eam partem allegari possent, non obstantib: Credimus prędictam chartam salui conductus, non ex opinione partis aduersæ, sed ex sano & rationabili sensu esse intelligendum.

Primum euidentiale pro fundamento Actoris.

6. VErùm antequam hoc specialius fundauero, præmittendum puto pro euidentia, quòd Domini terrarum ad custodiam sui Territorij eatenus tenentur, vt si rapina vel deprædatio in eorum ditione, etiā per extraneas personas cōtingat, ipsi ad damnum reponendum sunt obligati. glo. in l. Ne quid. & ibi Bar. Ang. de incen. rui. nau. Dum tamen eius potentiæ sint, quòd prohibere huiusmodi mala facta possint, & non prohibeant. Et putat Ang. Dominos tunc non prohibuisse videri, si custodias in insidiosis locis locare poterant, & non fecerunt. Faciat Bal. in c. 1. §. Conuenticulas. 2. col. vers. Sed istud, De pa. iur. fir. Vbi dicit, valdè esse notandum, quod Domini terrarum, colligentes pædagia, itinera tuta reddere debeant: adeò, vt si deprædatio aliqua (quam Robariam nominant) in eorum Territorio seu districtu cōmittatur, teneri eos, vt vel restituant ablata, vel malefactorem exhibeant. Alle. dict. l. Ne quid. Et Archid. 24. q. 3. c. Si quis Romipetas. Et idem Bal. in tit. de ijs, qui feu. da. poss. §. Marchio. 2. col. vers. Extra quæro. Idem in tit. quæ sint regalia. Quod And. de Iser. ante Bal. docuit, in tit. de statu & consue. §. Nauigia, in vsi. feud. Pro prædictis faciunt quæ traduntur per Flo. in l. scientiam, ad l. Aquil. Alex. in d. l. Ne quid. qui alleg. Inno. in c. fi. quod met. cau. Bal. l. fi. C. de capti. Ro. l. 1. §. 1. De publica. Fa. l. 1. Cum Rub. C. de iti. & litto. custo. li. 12. Item eleganter tenet Bartho. Cepolla, in tractatu seruitutum, in tit. de seruit. rust. c. De via. 25. q. Secundo casu dicens: Id perpetuo menti tenendum. Idem diffusius in dicto tit. in c. de aquæductu. 7. q. principali, col. 34. mihi, vers. Ego in hoc articulo, vbi vltra iura suprà allegata, allegat. 22. q. 2. c. Dominus, vers. Sic gens. & q. 5. c. Administratores, in prin. auten. vt diff. sint iud. §.

pe. Hosti. in Summa, tit. de censi. §. Ex quibus. Odofr. in auten. habita. C. ne filius pro pa. Pro prædictis etiam consuluit Calca. consil. 38. & post eum Francisc. de Capit. consil. 40. quod in Calca. consilijs insertum est, qui alleg. l. 1. C. qui latro. li. 12. l. 1. C. de omni ag. de ser. li. 11. cum simi. Nec dicitur, Dominos terræ de alieno puniri delicto, sed proprio, id est ex propria negligentia, ex qua, vt idem Francisc. dicit, prauus animus præsumitur, ar. l. Reprehendenda. C. de inst. & subst. Et fa. c. Constitutis. 1. de testi. Et hanc securitatem seu tuitionem publicæ vtilitatis ratio exigit. Publicè enim interest sine metu & periculo per itinera commeare. l. 1. §. Summam, de his, qui deie. vel effu. & ibi Flor. post Bar. & Bal. & idem Bal in l. conuentionum, in fi. de pact. Et fa. l. 3. l. congruit, De offi. præsi. l. 1. §. Quies, De off. præf. vrb. Et habetur 1. Pet. c. 2. præsides mitti ad vindictam nocentum. Nec enim frustra gladiũ potestas gestet, nisi vt sit vltor iræ Dei, ei qui malè fecerit. Paulus ad Rom. c. 13. Per tot igitur iam & per tantam testimoniorum nubem indubitatè fundatum est, Dominos Territoriorum de iure communi teneri ad præstanda itinera, & vias, seu stratas Territoriorum securas, tenerique ad damnum, si quod contingat, commeantibus, non habita distinctione vnde sint. d. l. 3. de offi. præsi. vbi est tex. multum not. dum tamen eis imputari negligentia posit, vt infrà latius tractabitur. Et per prædicta non obstat, quòd dicitur, Neminem teneri ad defendendum alium. Bar. in l. 1. §. Sed in eos, eo. tit. ad Syll. Quod latius prosequitur Claud. in sua Repet. in l. 1. §. Ius gentiũ, charta 13. de iust. & iur. quia illa regula in priuatis loquitur, non in Dominis terrarum: sicuti etiam Claud. ibidem in limitationibus docet. &c. 7.

Secundum Euidentiale.

SEcundò præmittimus, In oratione ambigua eum esse sensum seu intellectum 8. amplectendum, qui iuri communi consonet, qui materiæ subiectæ sit aptior, qui sit humanior, qui vitio careat, qui rem faciat tutiore loco consistere, qui sit verisimilior, qui rationabilior, & qui perfectius & plenius prouideat. Hæc probantur l. Quotiens, Idem. Et ibi gloss. ad fi. l. Quotiens, De verb. oblig. l. Vbi. l. Quotiens, De reb. dub. l. Quotiens dubia, De reg. iur. l. Semper in dubijs, eo. tit. l. In ambigua. ibi Bal. ff. de LL. l. Benignus, eo. tit. l. Cùm inter veteres, in fi. C. de fideicom. lib. Dynus consil. 8. Philipp. Corn. consil. 238. consil. 245. 4. par. cum multis alijs Doct. consilijs. Quod & Cicero 2. Rheto. & Quintil. li. 7. eleganter attigère, dum in legitimo statu, id quod ambiguum est, ita resolui docent, vt si constet alterum ex intellectibus honestè, rectè, lege, more, natura, bono & æquo recipi potuisse, eum præferri: alterum verò intellectum, qui contrario modo se habeat, reijci &c.

His ergò præmissis: Restat, vt ad speciem probemus, intellectum aduersæ partis reijciendum esse, meum verò intellectũ tanquam saniorem, & magis rationabilem præferri oportere. At hoc multipliciter constare potest.

Prima ratio contra intellectum partis aduersæ.

ET primò, Intellectus partis aduersæ iuri communi aduersatur: nam Domini Territoriorum perfectã & plenam in toto Territorio securitatem præstare tenentur: id quod primo euidentiali suprà satis fundatũ est. Et habet hoc rationem: Nam tuitio Territorij ius est indiuisibile, quia incorporale: Et quia defensionem 9. continet, quæ est indiuidua. l. Si cum vno, si ex nox. cau. aga. l. Ex contractu, in fi. de re. iud. l. 4. §. fi. l. in executione. §. Insolidum. Et vtrobique Bar. de ver. obli. Vnde ea tuitio seu defensio in partem fieri non potuit. Hoc est quod Bal. in c. Quærelam, De elect. dicit, Territorium esse vnam substantiam, & vna definitio-

nc contineri. Fa.l. pupillus.§. Territoriū, De ver.sig. Sic & in Feudis fidelitas indiuidua est, & in partem fieri non potest: vt dicit Bal.c.1.§. Cùm autem, De contro.inuest. Nec obstat, si prætenderetur, prouinciam Territorij diuidi posse, &c. Quia hoc verum esse potest, quo ad corpus prouinciæ, ad terras, & agros: sed ius tuitionis & defensionis indiuiduum est. Rectè sicut corpus Feudale, quamuis diuidi possit, ius tamen, vasallorum habito, respectu, ad ipsam fidelitatem est indiuisibile: vt tradit Alua. in c. Omnes. 2. not. Si de Feu. contro.suc. In vsib.feu. Hinc est, quod sicut ex indiuiduo fidelitatis iure pars totum ad se trahit: Bal. Alua. in c. 1.§. Cùm autem, De contro.inuest. Ita & in proposito securitas in partem facta, ad totum Territorium debet extendi: ne in totum vitietur. Quibus consequens est, quod intellectus partis aduersæ, qui contra Ius & rationē securitatis chartam mutilat, nō sit recipiendus. Eo etiam accedente, quod omnis recessus à iure sit odiosus. Abb. consil. 1. qui alleg. c. 1. &. 2. de fil. Presby. Philip. Corneus consil. 271. 4. part. qui allegat Bal. in.l. Non sine. C. de bo. quæ lib. cum sim. &c.

Secunda ratio aduersaria.

ACcedat, quòd cùm securitas legitimum sit præsidium, Bar. in l. Illicitas.§. Ne potentiores, De off.præf. Certè charta securitatis de imperfecto commeatu seu
10 Saluo conductu, iure resistente, intelligi non potuit. Lex enim opus imperfectum nescit, nec facit actus frustrarios, vel quæ facilè frustrari possint. l. Si quis seruū C. qui mil.pos.li.12, Bar. in l. Non cogendum.§. Si Procuratori, De Procur. Fa.l.2. De ori.iur. Imò quęcunq; agit Lex ad perfectionem perducit, in Auten.de nō alie. in prin. Et fa. Auten.de exhib. reis.§.1. in fi. Auten.de nupt.§. Si quis cū, In fi.§. Item, cùm securitas in sese rationem publicæ vtilitatis contineat, vt suprà probauimus: Certè non debet recipi is intellectus, per quem talis securitas exaimaretur, aut in partem coërceretur. Ea enim, quæ sint publicè vtilia, extendi debent & propagari: vt dicit Iurisconsultus in l. Hoc modo. in fi. De condi.& demon: Et fa.c.odia, li.6. cum concor. Hinc est, quod securitas eundi in sese redeundi tutelam continet, etiam si id non sit expressum, ne securitas restringatur. Bar. in.l. Vtimur, De sep. vio. Feli. latè post Abb. in c.2. de treug.& pac. Et in simili in capitulis pacis, etiam si de adhærentibus nihil dictum foret: tamen comprehenduntur propter publicum fauorem. Mar. Laud. in tract. de confœderatione.

Tertia ratio contra aduersarios.

TErtiò, prauus iste intellectus aduersariorum etiam publicis moribus & consuetudini repugnat. Consuetudo enim circumuicinorum Principum habet, vt securitates datæ totum Territorium, nō partem aliquam respiciant: id quod ex ipsa facti euidentia, nedum iure præsumitur. Nec enim iure credendum est, quod Domini Territoriorum contra ius cōmune, mutilatos & concisos dent viatoribus cōmeatus, Territoriaq; negligenter custodiant. Arg. eorum, quæ ex Imperatoris verbis colliguntur. l. In nomine.§. In Sardinia, in prin. & vers. quoniam ita.§. Hoc autē solū. C. de offi.præf.præt. Aphr. vbi per discursum pulcherrima verba ad plenam securitatem & perfectam custodiam tendentia, leguntur. & fa.d.l.1.§. Quies, De off. Præf.vrb. Et cùm Territoria habere, sit habere regalia: vt dicit Bal. consil. 49. 2. part. Certè Principes circumuicini abuti regalibus non præsumuntur. Cùm itaq; talis consuetudo in circumuicinis principibus sit, & esse credatur: Non debet securitas præsentis quæstionis aliter intelligi, quàm vt cum dicta consuetudine consonet. Nam circumuicinorum consuetudo in talibus est attendenda, ne scandala vel pericula suboriantur. c. super eo. cum glo. De cog.spir.c. Sopitæ.c. Ecclesijs.c, super eo. De censi. cum simi. Faciunt quæ eleganter docet Caspar de Cald. in tit. de censi. consil. 4. qui dicit, generalem consuetudinem circumstantis viciniæ attendi, quam & imitari debeant & alij vicini: nisi docere possint, quo iure sint

immu-

immunes. Alleg. Inno. Pet. de Anch. in c. Dilecto, De off. Archi. Et est pro hoc tex. not. in c. Contra morem, post prin. vers. Nulla ergo, dist. c. &c.

Quarta ratio contra Aduersarios.

POrrò & ipsa natura naturalisq; ratio non admittunt, quòd is, qui commeatum vel Saluum conductum securitatis habet, in vllo Territorij loco impunè lædatur. Ex ipsa enim ratione naturali nihil est securitati magis aduersum, quàm timor periculi. Cùm enim natura dictante hominem homini insidiari nephas sit. l. Vt vim, in fi. de iust. & iure &c. Certè & natura dictabit, vt per securitates concessas omnes insidiæ sustollantur. Et dicit Cice. in officijs: Hominem, qui naturæ obediat, induci non posse, vt alteri insidietur. Siquidem hominis interest, vt alter alterum beneficijs afficiat. l. Seruus, ea lege, ad fi. De serui. expor. vbi est glos. elegans: Quemlibet debere esse intentum, vt alij prosit, non noceat. Quod & Bal. docet in l. Quicunq; in prin. C. de ser. fug. qui dicit: Natura hominem ad alterius propendi subsidium. Quomodo ergò ratio naturalis pateretur, quod is, qui beneficium securitatis præstare pollicetur, strueret insidias. Est autem arg. à naturali ratione in iure validissimum. l. Scire oportet. §. Sufficit, de excus. tut. Bal. consil. 399. vers. Est enim custodia. 3. part. c. Ex eo. ibi. glo. De elect. lib. 6. Bal. l. 1. §. C. 1. de cad. toll. Idem c. 1. pe. col. in tit. De feu. Marchiæ, cum sim. &c. 11.

Quinta ratio Aduersaria.

QVintò, Iuxta intellectum partis aduersæ, dicta charta securitatis esset quasi superuacua, vel certè parum præstaret vtilitatis: In ciuitatibus enim non erat timor violentiæ. l. Non est verisimile. ff. quod met. cau. Vbi est tex. ad casum nostrum valdè notabilis. Item subditi, quorum Dominus Episcopus potens est, secundum communiter accidentia, neq; vim neq; aggressuram facturi præsumuntur, cùm Magistratus præsentes habeant, qui coërcere & terrere eos poterant. Arg. d. l. Pupillus. §. Territorium, ad fi. De verb. sig. & d. l. non est verisimile 2. Respons. Et facit. L. Æquissimum, De vsu fru. cum simi. Ad quid ergò actori vel contra Ciuitates vel subditos opus fuisset securitate, contra quos via ordinaria ei satis prouisum erat. l. 1. C. de thesau. l. In causæ, De mino. &c. Nec enim recipienda est concessio, quæ in eum casum conferretur qui parum ferret commodi. d. l. Hoc modo, in ratione sui, De condi. & demon. Et fa. in arg. l. Si is, qui binas, De vsu fru. & l. 1. §. 1. Si vsu fru. pet. l. Olympico. l. binas. 1. de serui. vrb. Addo, quod nemo præsumitur facere actum frustratoriũ, aut superfluis vti remedijs. l. Hæc stipulatio. §. Diuus, vt leg. nõ caue. c. 2. De prob. Bal in Auten. si quando. C. consti. pæ. l. 1. ad fi. Et ibi glo. no. ad Mimi. Abb. consil. 72. 2. part. Et iure vulgato traditur, prouisionem fieri in casu necessario. d. l. 1. C. de thesau. l. Gallus. §. 1. de lib. et posthu. l. In his. §. eidem autem, De solu. Et fa. Philipp. Corne. consil. 237. 4. part. cum mul. simil. quæ passim per Doct. traduntur. Cum ergò ex intellectu partis aduersæ charta securitatis casum necessarium non prouiderit, sed superfluum & frustratorum: repellenda est frigida & sterilis ista aduersariorum interpretatio, per quam securitas (velut fons sine aqua. 2. Pet. c. 2.) nihil operaretur. Fa. l. Si quando, De leg. 1. l. Si stipulatus, De vsur. Ang. consil. 290.

Sexta ratio contra Aduersarios.

POrrò, si verum admittimus, constat ex intellectu partis aduersæ, si procederet, dictam securitatem in totum vitiari, in nihilum recidere, & nec habere nomen securitatis: Nec enim dicitur quæsita securitas, quæ non est perfectè quęsita. Arg. eorum, quæ traduntur per Ægid. Bellame. consil. 33. §. Ad septimum. Nec debet ea qualitas securitatis saluo conductui, vt suo subiecto, attribui, nisi ei in totum

 conueniat.

conueniat. Idem Ægid. consil. 6. §. Ad secundum dubium. Porrò, sicuti non dicitur liberatus, cui non est perfecta facultas abeundi. l. 2. De lib. ho. ex hi. l. In
12. eadem. ibi glo. l. Succurritur, ex quib. cau. maio. Item, non dicitur securus, cui non est perfecta libertas in Territorio commeandi. Vnde dicit Bal. in l. 1. ad fi. c. Si aduer. sol. cum propriè dici securum, qui habeat efficacem & inexpugnabilem securitatem: Quicunque enim impugnari posit, non dici propriè securum. Et Ang. in l. Papinianus. §. Si quis mortis, De inoff. test. Eum, cui data est securitas nullo modo vel directè, vel per indirectum debere vexari, aliâs non intelligeretur esse securus. Alleg. l. 1. ad l. Iul. Maiest. l. 1. de Præt. stip. Quod autem imperfecta securitas pro nihilo sit, ex multis similibus probari potest: Sic enim inumbrata hominis ratio non est ratio. l. Quod meo. §. 1. De acquir. poss. Et vitiosa cautio non est cautio. l. quotiens, qui satisd. cog. Et vitiosa transactio non est transactio. l. 1. ad fi. ff. ad Tertul. Item, Imaginaria venditio non est venditio. l. Nuda, De contra. empt. Et falsus tutor non est tutor, vitiosumque testamentum non est testamentum. l. Paulus, De verb. sig. vt interim alia taceam. Ad prædicta faciunt, quæ tradit Corsetus in suis singularibus, in verb. securus, qui dicit: Eum, qui securitatem promittit, hoc efficere debere, vt is, qui eam accepit, nullam incurrit læsionem. Alleg. glo. in l. Si mandato Titij. §. fi. ff. man. Ang in l. 1. Qui satisd. cog. Anto. de Brit. & Immo. in c. Quotiens, De pact. Et facit in arg. l. 1. §. Quotiens, De ven. in poss. mitt. cum sim. Vnde cùm in casu nostro timor periculi sublatus non erat, non poterat dici vlla iusta securitas, cùm immunis esse non posit, qui proximus sit periculo: vt dicit Isidorus, de summo bono. Haberet igitur dicta cautio, iuxta intellectum partis aduersæ, frigidam & sterilem inumbrationem securitatis, quæ vbi maxime tueri deberet, viribus destitueretur &c.

Septima ratio contra Dominum reum.

13. PRæterea, cùm beneficijs adiuuari nos potiùs, quàm decipi oporteat. l. Incommodato. §. Sicut. ff. cōmo. & id ipsum præcipuè, si à Principe emergat cōcessio, sub cuius fide & authoritate decipi aliquem nefas esset. l. 1. c. Qui ve. æta. impe. l. Barbarius de off. Præt. l. 1. §. Sed & qui. C. de lati. lib. toll. l. fi. C. de omni ag. deser. lib. 11. Ad extremum enim malum peruenitur, cùm inde damna eueniant, vnde auxilia sperantur: vt dicit Socci. consil. 60. col. 3. qui alleg. l. Meminerint. C. vnde vi, vnde actor, qui de plena securitate confidebat, ex captioso partis aduersæ intellectu, malè deceptus fuisset, vt qui pro securitate quam sperabat, exitium retulisset.

Octaua ratio contra Aduersarium.

SI interim tacuerimus, quæ tamen tacenda non veniunt, quod procurator partis aduersæ in quinto articulo defensionali medio iuramento calumniæ affirmauit, quòd contra latrunculos publicos, seu (vt vulgo nominant) diffidatos communis Ligæ Sueuicæ, Actor securitatem non habuerit: sic enim sonant verba: **Zum fünfften / daß Actor durch obberürte außtruckliche maß des glaits / für gmains punds offen feind / nit verglait gewesen sey.** Quo dicto, quid potest esse (vt leuiter dicam) absurdius? Cùm enim nemo magis ea Territoria defœdaret, & infestaret, quàm dicti diffidati de N. cum suis adhæren. certè nulla magis ratione Actor securitatem petijsse præsumitur, quàm vt contra eos tutus commearet. Nunc autem cùm aduersa à parte iactitatur, Actorem contra eosdem infestatores non habuisse securitatem: consequens est, quòd dicta securitas adeò non profuit Actori, vt is etiam per eam intutus & indefensus, hostibus spoliandus relictus sit. Denique cum dictus articulus quintus Actori securitatem generaliter abneget, contra diffidatos sine distinctione Ciuitatum vel Territorij; infertur

tur necessariò, quòd is Actor, ne in ciuitatibus quidem, contra eosdem prædatores securus fuisset. Quæ enim generaliter dicuntur debent generaliter intelligi. l. 1. §. Generaliter, De con. tab. d. l. 3. in fi. cum glo. de offi. Præf. cum vulg. Cùm autem cautio prædicta securitatem in ciuitatibus contra omnes polliceatur, quomodo eius fides constabit? quomodo cum dicto articulo quinto defensionali concordabit, si contra latrunculos non erat vlla securitas? &c.

Nona ratio contra Aduersarium.

QVæ cùm ita sint, non video, quo pacto dicta securitas à fraudis suspicione excusari possit, q̃ (eo sensu, cui pars aduersa inhæret) sub verbis iustitiæ, iustitiã oppugnaret, sub prætextu tuitionis poneret offendicula, sub facie securitatis interitum subuolueret, publicæ vtilitatis fauorem exarmaret. Et in summa pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro ouo scorpionem porrigere conaretur, Lucæ 11. Quæ absurda quis à fraude excusaret, cùm nulla sit capitalior iniustitia, quàm eorum, qui cùm maximè fallunt, id tamen agunt, vt boni viri esse videantur, vt dicit Cicero in lib. offi. Fa. ad prædicta, Auten. vt Iud. sine quoquo suffra. ad fi. §. Scientes, quia. vers. Occasione quidem; coll. 2. & in Auten. vt diff. sint iud. §. Si verò refutauerit, vers. Quoniam. col. 9. c. Irreligiosum. 87. dist. vbi Papa Gelasius irreligiosum esse dicit, si quisquam sua tuitione susceptos non omni fide defenderit. Videant ergò, qui partem aduersam souent, quo periculo se cum corrupto isto eorum intellectu, exponant, quæ certè non eo fine scribimus, vt Dominum Episcopum & Principem fraudis insimulemus. Qui vt Princeps Ecclesiasticus cultor & auctor iustitiæ esse, & nec in se nec in alterum contra iustitiam facere debet. c. 1. §. Sed diuersum, de alie. feu. in vsi. feu. Et dignitatis eminentia fraudis suspicionem remouet. c. Nisi essent. vbi abb. de preben. Host. Io. And. Aut. de But. in c. Finem litibus, post princ. de dol. & contro. sed contra eos Officiales tendimus, qui huiusmodi captiosas securitates, quas & prudentum ratio fregit. l. Cùm Aquiliana, de transact. vel dare aliis, vel datas iniquè intelligere conantur. Proinde cùm Dominus reus dicta absurda voluisse non præsumatur, & deficiat iuris auctoritas: meritò dicta securitas (pro intellectu partis aduersæ) infirma esse, & in nihilum recidisse censebitur. Fa. Bal. in consil. 16. ad fi. verb. nam priuilegia. 2. part. qui alleg. l. Cùm te sponsæ. C. de don. ante nup. cum sim. &c. 14.

Collectio cum Argument. ab opposito.

ET vt finiam: Cùm ex superioribus rationibus satis ostensum sit, quòd intellectus partis aduersæ, rei subiectæ non sit aptus, iuri communi sit contrarius, vitium, & quidem intolerabile habeat, nihil prouideat, securitatem præstet vmbratilem, sub nomine tutelæ laqueum ponat, atque ita fraude non careat, honestati, rectitudini, moribus æquo & bono aduersetur, sicuti hæc superius ad speciem fundatè patuerunt. Rectè ab oppositis liquere poterit; meum intellectum rationabilem esse; & sanum, legiq; moribus & honestati conformem. Ex quibus enim rationibus aliquid oppugnatur, ex eisdem in contrarium ductis contrarium euincitur: vt ait Philosophus. 2. Metaphysicæ. Et fa. elegans tex. in l. Si de eo. §. Seruum, & quæ ibi dixi de acquir. poss. cum sim. &c.

Vltima ratio contra Aduersarium.

TAndem, vt securis ponatur ad arborem; Luce manifestò exigente, intellectum aduersariorum repelli oportet. Est enim receptissima iuris doctrina; quòd in re dubia interpretatio contra eum facienda est, qui legem potuit apertius

tius scribere, & qui se in contractu fundet. l. Veteribus, de pact. l. Stipulatio ista, §. In stipulationibus, & §. sequenti, de ver. obli. l. Labeo, de contra. emp. Socci. consil. 47. col. 3. in fi. Decius consil. 183. Corneus consil. 263. 3. part. Alex.
15. consil. 128. in fi. 5. part. qui dicit: Quando verba contractus duos intellectus recipiunt, interpretationem semper faciendam contra eum, qui se ex verbis fundat. Alleg. d. l. Veteribus. c. In præsentia, de proba. Et not. in c. Ex literis, de spon. Et fa. l. In contrahenda, de reg. iur. Cùm igitur in præsentia pars aduersa sese omnino fundet, & omne suum fundamentum ex dicta cautione securitatis accipiat, & certum sit, aduersarios legem apertius scribere potuisse. Quid aliud concludi & decidi potest, quàm quod cautionem prædictam interpretari contra eandem partem aduersam debeamus?

Nunc confirmatur intellectus sanior.

EVicto nunc, quòd corruptus iste aduersariorum intellectus nihil valeat, eumq; eliminari oporteat: Superest, vt nostrum intellectum, per quem plenam & perfectam securitatem, quo ad totum Territorium in dicta charta contineri dicimus, præferendum esse doceamus.

Repetitur declaratio superior.

ET primò repetimus ea, quæ circa hunc intellectum supra à principio declarauimus, videlicet, finem dictæ securitatis separatim & sub soluta oratione intelligi, vel saltem suppleri per copulam, vt ita particulæ à sese separentur, et sit sensus, quòd securitas pro Episcopo, pro suis, & quorum Episcopus potens sit, competat. Hic eñ intellectus planus est, & simplex, qui & ex ipsis securitatis verbis, salua structura, elici & colligi facilè poterit & p quẽ verba illæsa & inoffensa manent. soloq; vocis flexu ab intellectu aduersariorum discernitur, vt id quod aduersarij impertinenter & captiosè coniungunt, nos ab inuicem per solutũ, iure admittente, separemus, &c.

Prima ratio pro nobis.

16. HVc accedat, quòd cùm in dicta securitatis charta contineatur, Actori Saluum conductum securum, rectum, & fraude carentem esse concessum, vulgò, Ein sicher / stracks vngefärlich glait / necessitate euincitur, vt & finem de secura, recta & non fraudosa securitate intelligamus, quatenus ea, quæ præcedunt, cum his, quæ sequuntur, concordent, totaq; series chartæ sibi ipsi conueniat. Quod nisi sic intelligamus, dicta charta ineuidentem repugnantiam incidit. Cùm enim cautio securum & rectum (vt iam diximus) commeatum concesserit. Si nunc finis dictæ chartæ eandem securitatem eluderet, & ad imperfectionem redigeret, & quam primò plenam dederat, mox negaret: quid aliud nisi contrarietas ex ea varietate eluceret? vt sic totum vicíatur. l. Vbi repugnantia de reg. iur.

Secunda ratio pro nobis.

17. QVod si etiam huiusmodi repugnantia non occurreret; quia tamen in dicta charta securitatis duo separata continentur. Vnum quod commeatus rectus & fraude carens datus sit: alterum quod is commeatus non nisi in aliqua parte Territorij operetur. Arg. l. Celsus. §. Idem rectè putat, de arbi. et l. Hæc scriptura, de cond. & demon. Quorum primum honestum est, alterum nihil valet, vt

vt per superiora latè patuit. Vnde necessariò consequetur, quod alterum tanquam vitiosum & inutile reijciatur: primum verò tanquam honestum & vtile remaneat, vt rectè probatur in d. l. Hæc scriptura. Et fa. regula vulg. vtile per inutile non vitiari. Quibus consequens est, dictam chartam securitatis intelligi aliter non posse, nisi quòd plenam, rectam, & fraude carentem securitatem complectatur. Reiecto eo, quod in fine vitiosè, & contra omnem æquitatem adiectum est. Fa. l. Seius & Angerius, in fi. & ibi Bar. ad l. Falci. Vbi expressum est, eas adiectiones, quæ in fraudem sonant, in dispositionibus esse reijciendas; vt habet in d. l. Hoc modo. ff. de condi. & demon. &c.

Obiectio intercurrens.

QVòd si opponatur, hoc loco non esse duo separata, sed sese mutuò respicere; ita, vt generalitas primi dicti ex fine coërceatur, perputetur & limitetur: Præcedentia enim ex sequentibus determinare non esse incognitum. Abb. in c. Cùm dilecti, ad fi. de dona. Old. consil. 8. qui pro hoc allegat l. Nam quod. ff. si. de penu. leg. Eo accedente, quod per manus traditur, Generi per speciem derogari regula generi &c. Sed hæc non obstant: Nam quando per huiusmodi limitationem seu determinationē præcedens dispositio vitiaretur, vel saltem ea, quæ latè interpretanda sunt, ex tali relatione restringerentur; tunc per verba sequentia, præcedentia non determinantur, vel limitantur. Ita notabiliter dicit Inno. in d. c. Cùm dilecti, de dona. Alex. consil. 48. 1. part. At in proposito si finis astringeret, aut determinaret Saluum conductum præcedentem: negari non posset, quin ea concessio contra suam naturam (quæ tuitionem plenam exigit) restringetur, immò & vitiaretur, cùm suprà satis sit probatum, securitates imperfectas & mancas dari non debere, & esse improbatas. Quapropter verba finalia dictæ cautionis, quæ vitiosa sunt, præcedentia generalia verba non limitabunt, nec restringent. Denique præsumi non debet, quod Dominus Episcopus, qui ab initio securum, rectum seu plenum Saluum conductum dedit, vulgò; **Ein sicher strachs glaith** &c. mox à tergo eam rectitudinem & securitatem recidere, & defectuosam facere voluerit. Per glo. not. in l. Non ad ea, de cond. & demon. Paria respondeo ad regulam, Generi, quæ eo casu non procedit, vbi species subiecta vitiosa & inutilis esse comperiretur. Quod enim nihil est, nullum operatur effectum, vt dicit Egidius Bellamc. consil. 23. §. 14. Et fa. l. fi. §. fi. de aur. & arg. leg. Vbi Bar. summando dicit: Legato generis non derogari per legatum speciei inualidum: Quod enim firmum est, non potest per id, quod est nullum, vel tolli vel limitari. l. Si filius, qui in potestate, de lib. & posth. l. Cùm in secundo, de iniust. test. Et hoc maximè in conuentionibus procedit, in quibus hoc perpetuum est, quòd dispositio valida per inualidam non tollatur: vt eleganter tradit Iason. in l. Planè, 1. de leg. 1. 4. & 5. limitatione, qui alleg. l. Certi. §. Quoniam si cer. pe. cum mul. concor. quæ est notabilis limitatio ad regulam, Generi, & ad l. In toto, de reg. iur. &c. 18

Tertia ratio pro nobis.

PRæterea, & alia ratio intellectum meum adiuuat. Certa est iuris doctrina, quòd conuentiones Principum omnes sunt bonæ fidei, saltem iure speciali, vt dicit Bal. in tit. de pac. constan. §. Si qua verò. Et idem in consil. 190. vers. Secundò probatur 2. part. Philipp. Decius consil. 187. col. fi. Marti. Laud. in tractatu de confœderatione. At bonæ fidei conuenit, summam complecti æquitatem, vt dicit Bal. consil. 83. ante fi. versi. Item ad hoc 1. part. Nec decipi debet qui confidit Principi. d. l. 1. C. de his, qui ve. æta. impe. Cùm bona fides contraria sit dolo & deceptioni, vt dicit Bal. in tit. de pac. constat. in fi. circa iuramentum Imperatoris, allegando Odofre. in l. 3. in fi. ff. pro Socco. l. Iuris gen. §. Sed si fraudando, de pac. Quapro- 19

pteris sensus præferri iure debebit, qui ad bonā fidem, ad æquitatem proximè accedat, & perfidiam non foueat: Inducta enim ad defensionem, operari perfidiam non debent. Arg. eorum, quæ Iason tradit in l. Qui Romę. in prin. & §. Cohæredes, nu. 29. de verb. obli. Et fa. l. Legata, de leg. 1. &c.

Quarta ratio pro nobis.

20. DEinde iure constat, quòd effectus rerum ex causis originalibus regulantur. l. 2. §. fi. ibi Bar. & l. seq. de don. l. fi. C. de præd. curial. li. 11. l. Si pater, in prin. de adop. l. Adigere. §. Quamuis, de iur. patr. c. Cum cessante, de app. Cum ergo causa originalis Salui conductus nulla sit alia, quàm vt per eum plena & perfecta securitas obtineatur, quòd & ex ipso nomine (quo ea rectè arg. sumitur, Insti. de don. §. Est & aliud) cognosci potest. Quomodo enim Saluus conductus diceretur is conductus, qui non saluaret? Per locum à coniugatis. Vnde meritò debet dicta charta securitatis ex sua causa, quæ ad tuitionem tendit, ita intelligi, vt plenam operetur securitatem. Nam causa prima, scilicet tuitio Territorij semper intuenda est, quæ in causam secundam, id est, Salui conductus concessionem influit, vt dicit alio proposito Ang. consil. 110. Fa. quod vulgò dicitur, à primordio tituli posteriorem formari euentum. l. 1. C. de impo. lucra. descrip. li. 10. l. Quædam mulier, de rei vendi. cum sim. Bal. consil. 105. vers. Nam quando. 1. part. Dicta igitur securitas, quæ ex fide consistit, ex fide nutriri debet, iuxta Philosophi sententiam, quam Bal. alleg. consil. 414. 1. part. &c.

Additur ad priorem rationem.

21. POrrò & per manus traditur, originem inspici, quæ & fundamentum sit, in quo rei status quiescit, Ang. d. consil. 110. Item, effectum ex causa limitari Egid. Bellame. consil. 3. in prin. glo. in c. Et si Christus, de iur. iur. Deniq; vulgata est iuris traditio: Quicquid est causa causæ, esse etiam causam causati, 50. dist. c. Studeat. c. fi. de iniur. Ang. d. consil. 110. Socci. consil. 245. col. pe. vers. Non obijcitur. Vnde sicut Domini terrarum super toto Territorio ad refrenationem rapacium constituti sunt. d. c. Administratores. 23. q. 5. qui & proptèrea securitates commeatuum viatoribus præstare debent. d. l. 1. §. Summam, de his, qui deie. Rectè consequens est, vt ex causa originis prima, nō ex causa causæ, id est, ex concessibus, ad totum Territorium huiusmodi securitates extendantur.

Quinta ratio pro nobis.

22. PRæterea constat, quod si etiam cautio dictæ securitatis præmemoratum meum intellectum non pateretur: tamen verba offendi possent. Immò ab eis liceret recedere, vt res ad sanum & rationabilem intellectum reduceretur. glo. in l. Actorum, de re iud. & in l. Non dubium, C. de leg. vbi Bal. in 3. col. vers. Sequitur videre de tertio, hanc doctrinam post. Bar. eleganter tractat: Nam dicit recedendum esse à verbis, si sensus proprius contineat iniquitatem. l. In ambigua. ff. eo. vel ratio legis verbis repugnet. Dyn. c. fi. de reg. iur. li. 6. l. 1. in fi. de suppel. leg. Et dicit idem Bal. in l. Titia cum Testamento. §. 1. ad fi. de leg. 2. verba esse impropriànda, vt conuentio aliquid operetur. At hæc in casu nostro locum

habent,

habent, vt per suprà dicta latè docuimus, & quòd verba offendi possint, si ratio efflagitet, tenuit Abb. consil. primo. 1. part. Signoro consil. primo. Corneus consil. 108. 1. part. & passim Doct. in consil.

Sexta ratio pro nobis.

ET tametsi ea, quæ superiùs latè tractauimus, vera sint, & iura fundata: Video tamen enasci aliud, & quidem probabile fundamentũ, per quod cautio securitatis (etiamsi ipsa in verbis finalibus coniunctim & restrictiuè intelligenda veniret) plenam nihilominus & perfectam securitatem continebit. Cùm enim sit concessa securitas pro Domino Episcopo & suis, quorum is potens sit &c. vulgo: **Für sein gnad vnnd die seinen / deren sein gnad vngefärlich mächtig ist ꝛc.** Suaderi rationabiliter potest, quòd appellatione suorum, nõ solum subditi, verùm etiam forenses, vel extranei, qui in Territorio Domini Episcopi deprædando deliquerint, extento & largo vocabulo, seu per impropriationem contineantur. Nam si in delictis statuta pœnalia extraneos & forenses complectuntur, ac si essent subditi statuentium, id quod eleganter tradit Philipp. Corne. consil. 199. in prin. in litera E. in primo volumine, qui ad hoc alleg. Dy. Iac. de Are. Bar. in d. l. 1. C. de sum. Tri. & fid. cath. in 2. q. Pet. de Anch. in c. Vt animarum, de consti. li. 6. cum sim. negari non potest, quin & in casu nostro, cùm forenses deprædando de iure communi deliquerint, sese tanquam subditi pœnis violatæ securitatis subiecerint. Et dato, quod ignorauerint cautionem securitatis: tamen delinquendo in omni genere penè consensisse intelliguntur, vt volunt Doct. supra alleg. Addimus vulgatam doctrinam, qua cauetur, forensem, si delinquat in Territorio alieno, subijci iurisdictioni Domini Territorij, in quo delictum committitur. l. 1. Et Auten. Qua in prouincia. C. vbi de cri. ag. opor. l. Saecularij, de extr. ord. cri. Dy. in. l. fi. de accusa. Sed ne fatigemur, glossam expressam allego, in d. l. 3. de off. Præs. vbi cum dicitur, Præsidem etiam aduersus extraneos imperium habere, si malè fecerint, licet alias in suæ tantùm prouinciæ homines habeat, dicit gloss. in vers. Extraneos, quòd extranei etiam sui dici possint ratione delicti, allegando iura suprà deducta. Quæ gloss. meum fundamentum apertè & eleganter corroborat. Et habet hoc rationem, & quidem euidentem. Si enim verba offendi, & ab eis recedi potest, vt suprà latè probauimus: quantò fortius, si ratio, si publicæ vtilitatis fauor exigat, impropriari, & in extentam significationem laxari poterunt. Fa. glo. not. in Auten. vt hi, qui obli. post prin. in verb. ad curationẽ, & ibi Ang. vbi habetur, Verba districta significatione ad latam extendi posse, si subsit ratio. Denique non est nouum, quòd appellatione meorum vel suorum, non solum intelligantur ea, quæ nostra sunt, sed etiam ea, in quibus Ius aliquod habemus. glo. & Bal. in l. 2. ad prin. de orig. iur. glo. in l. si & me & Titium. Si cer. pe. in l. 1. in fi. & ibi Alberi. de eo, quod cer. lo. Et dicit Card. in Cle. Procuratorem. 3. not. per illum tex. de Procur. Meum dici, in quo administrationem habeo. Alleg. c. Si tibi absenti, de præben. li. 6. cum concor. At in prædatoribus forensibus Dominus Episcopus, ratione delicti, Ius habet. Rectè igitur & iure exigente in cautione securitatis, appellatione suorum etiam dicti deprædatores continebuntur. Faciat notabilis doctrina, qua cauetur, Interpretationem, quæ ad speciem reducta, vitiare per relationem simplicem ad genus reduci oportere: Cùm species habitudine cum genere participet. Qua doctrina gloss. & Doct. in resoluendis iuribus sæpè vtuntur gloss. in l. Siue pro fratre. C. de neg. gest. in l. Dominum. C. de iniur. Bar. & Doct. in l. Vnum & ibi latè declaraui, si cer. pe. Ang. consil. 33. Sic in proposito appellatio suorum simplici relatione ad genus reducta, etiam extraneos delinquentes includit. Quæ ratio obsignatis tabulis (vt Ciceronis prouerbio vtar) dictæ cautionis vrget &c.

Possem & alijs niti fundamentis. Sed ne funem in diuersum sine mensura (vt

Hiero. inquit) trahere dicar, prædictis quæ per multas rationes docuimus, contentus ero. Per quæ (vt arbitror) euidenter patet, dictam securitatis chartam de iure aliter intelligi non posse, quàm vt plenam & perfectam securitatem in toto Domini Episcopi Territorio complectatur.

Restat, vt ad contraria suprà à principio facta, respondeamus. Sed certè Responsiones ex suprà dictis meis rationibus & fundamentis colligi non difficilè possint.

Responsio ad primam obiectionem.

QVòd enim primò obijcitur, verba Saluiconductus esse aperta, nec ferendum, qui super eis disceptare velit &c. Negamus ea esse aperta, vt qui suprà latè ostenderimus, ea esse ambigua: quod & pars aduersa in actis fatetur, vt suprà à principio docuimus. Et dato, ꝙ verba pro intellectu partis aduersæ clara essent: tamen quia per intellectũ huiusmodi securitas data vitiaretur (vt suprà per plura patuit) meritò ab eis recedi, & ad sensum rationabilem confugi liceret, vt suprà in ratione pe. probatum est. Et fa. l. Ab omnibus, de leg. 1. cum sim. suprà alleg. &c.

Ad secundam Responsio.

QVòd verò secundo loco opponitur, verba esse notas passionũ, q̃ in animo gerimus &c. Non obstat: Immo pro nobis est. Quia secundum intellectum meum vt sanum, verba dictæ cautionis eam animi intentionem demonstrant, quæ adesse debet, & quam ius, ratio, honestas exigunt. Denique cùm in ambigua huiusmodi cautione pars aduersa legem apertius scribere potuisset: interpretatio contra eam est facienda, vt etiam suprà docuimus. Et per hoc etiam non obstat, cùm dicitur: Quod verba non sonant &c. Quia immo cautionis verba secundum ius commune & rationabiliter intellecta hoc sonant, quod nos volumus, & suprà patuit: Verba secundum ius commune esse intelligenda, & vt vitio careant, etiam si ab eis recedatur.

Ad tertiam obiectionem Responsio.

ITem quod tertio loco prętenditur, simplicẽ orationem sub taxatiua intelligi &c. Non obstat: Immo nullius est momenti: quia huiusmodi doctrina regulariter non procedit, nisi certa ratio suadeat, eam subintellectionem, vt patet per iura suprà in hac obiectione alleg. Item, quia ea doctrina est Brocardica (vt nominant) seu vt nos vocamus perplexa: Vnde nihil iusti ex ea deciditur. Quod autem in dicta obiectione allegatur regula exclusoria eorum, quæ non sunt inclu-
24. sa &c. Nihil obstat: Quia secundum rectum & sanum intellectum dictæ chartæ securitatis non censetur exclusum, quod de natura conuentionis accedit: vt voluit Francisc. Curt. consil. 50. col. 15. At verò si absurdo intellectu partis aduersæ locus esset, dicta exclusio vitium haberet, & esset de nihilo. At suprà probauimus eum sumi sensum, qui vitio careat. Idem respondeo ad arg. à contrario sensu: quia non habet locum, vbi ex eo absurditas aut vitium oriretur. Alex. latè d. l. 1. de off. eius, cui est mand. iurisd.

Ad quartam Responsio.

SVper quarto, Cùm obijcitur, in dubio verbis edicti adhærendũ: Simili responsione absoluitur, scilicet, quòd non procedat, si ex eo intellectu vitiũ, absurditas, iniquitas,

iniquitas, iuris communis læsio, & alia enormia procederent: vt Bal. post Bar. d. l. Non dubium. Et est glo. not. in c. Sedulo, in verb. sententias. 37. dist.

Ad quintam Responsio.

PAria respondeo ad quintam obiectionem, cum prætenditur, Eum intellectum reijci, qui auribus vulgi non sonat &c. Quia hoc verum esse potest, nisi vrgens ratio contrarium exigat: Nam intellectus vulgi qui vitium habet, non est amplectendus, sed is, qui rationi naturæ, iuri communi consonat, vt suprà in secundo promisso docuimus. Fa. l. Vbi, De reb. dub. Et dicit Philipp. Corne. consil. 205. col. pe. prima parte, eam præferri interpretationem, quæ delicto careat. l. Merito. ff. pro soc. l. Pro hæred. de acquir. hær. &c. 25.

Ad sextam obiectionem Responsio.

SVper sexta obiectione, dum prætenditur, factum duntaxat suorum, non etiam extranei promitti potuisse &c. non obstat: quia hoc non procedit, si promissor ex natura contractus ad factum alienum teneretur: & est in contractu emptionis, vbi venditor de facto cuiuscunque tenetur. l. Emptorem. §. Qui autem, de act. emp. Sic & in casu nostro Dominus Episcopus ex natura Regalium, & tuitionis Territorij factum extraneorum quod prohibere poterat, prę̨stare cogitur. Paria respondeo ad l. Qui insulam. §. Colonus. Ibi enim ex natura contractus locati, vis exterior non includitur, nisi culpa præcesserit. l. Videamus in prin. ff. loc. quod in præsentia non habet locum, cùm Dominus Episcopus omnem vim in Territorio, quam vindicare & arcere posſit, præstare cogitur. De ea materia vide latiùs Iason. in l. Inter stipulantem, in prin. & dicta l. Stipulatio ista, de verb. obli. &c.

Et hactenus de primo capite, de cuius prolixitate me excusatum haberi rogo. Breuitas enim, quam Boetius in Isagogis senticosum vinculum nominat, hîc locũ habere non potuit. Dum enim breuis esse laboro, obscurus fio, dicit Horatius.

Ad secundum caput principale, An Dominus Episcopus obligetur.

NVnc ergò ad secundũ caput, quod spero breuioribus expeditũ iri, quando eius decisio magna ex parte ex superioribus colligitur. Videndũ ergò est, An Dominus Episcopus à damno resarciendo, quod per Actorem petitur, excusari posſit.

Primum Argumentum pro Domino Episcopo.

ET posset videri, quod sic. Nam limitata dispositio limitatum parit effectum. l. Actione. C. de transact. Ang. consil. 226. Item pacta, quæ super vna re conuenta sunt, ad aliam non extenduntur. l. Si vnus. §. Ante omnia, de pact. Et dicit Philipp. Corne. consil. 251. 4. part. actus nostros voluntarios non vltra extendi, quàm gerantur. Ad quod facit l. Nõ omnis, si cor. pe. Cùm igitur Dominus Episcopus sese in plus non obligauerit, quàm ad limitatam securitatem, meritò excusatur.

Secundum Argumentum Domini Episcopi.

POrrò, pactis conuentis ita standum est, vt etiam à iure communi recedatur, quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fi. C. de dot.

promiss. Fa. l. 1. §. Si conueniatur, ff. Depo. Et est pro hoc Arg. in l. Nec ex prætorio. l. Contractus. §. Sed hoc ita, de reg. iur. Quapropter videri posset, non esse recipiendum vllum intellectum, per quem à pactis conuentis recedatur.

Tertium Argumentum pro Domino Episcopo.

ITem & tertiò constat, quòd dicta cautio securitatis ex consuetudine & stylo Curiæ Episcopalis emersit: Hoc enim in facto allegatur. Quo casu Dominus Episcopus meritò excusari debebit. Nam à stylo & antiqua practica non est recedendum. Bal. in l. Illud. per illum tex. de excus. Fa. l. Imperatores in fi. de polli. l. 1.
16. §. fi. cum l. seq. de aq. pluu. ar. Nec enim valeret dispositio, si stylus non fuisset seruatus. Bal. l. De quibus. vers. item quæritur, de leg. qui alleg. l. Sacri affatus. C. de diuer. rescri. Bal. l. fi. C. Quæ sit longa consue. Immo, & eo casu falsitatis suspicio emergeret. c. Quàm graui, de cri. fal. Et latè Feli. de stylo, in c. 2. de rescrip. in vers. Stylus Curiæ de rescrip. Quapropter Dominum Episcopum meritò excusari, qui cautionem securitatis non nisi secundum consuetudinem & stylum emiserit.

Quartum Argumentum pro Domino Episcopo.

QVartò pro parte aduersa obijcitur, quòd actor chartam seu cautionem vltrò, & sine contradictione ad se receperit & seruauerit. Quo casu in eam consensisse intelligitur. Sali. l. 1. C. de relatio. Fa. l. Si filiusfa. ad Macedo. Et fa. Fran. de Are. in c. Constitutus, de testi. vbi dicit, eum, qui testium dicta aperta penes se habeat, ea legisse præsumi. Ad q̃d accedit notabilis doctrina Paul. de Cast. in l. 2.
17. ad fi. de pact. dicentis: Quicquid in scriptura penes aliquem reperta scriptum inuenitur, hoc de voluntate sua scriptum præsumi. Alleg. Bal in l. Si vnus. C. de test. Recitat Alex. in d. l. 2. & tenuit Ang. consil. 131. Cùm itaq; Actor in dictam cautionem, quam ad se accepit, & apud se habuit, consenserit, nihil habet, quod de damno conqueratur. l. Nemo, de reg. iur. cùm vulg.

Quintum Argumentum pro Domino Episcopo.

ET Quintò, Ex alio euinci videtur innocentia Domini Episcopi. Dato enim, q̃ dicta cautio de plena securitate disponeret, dictus tamen Dominus Episcopus, vt in actis allegatur, omnem possibilem diligentiam per suos adhibuit: Siquidem subditi pulsando campanas, sese congregando, insequendo deprædatores, quicquid facere poterant, fecerunt. Arg. eorum, quæ tradit Bart. consil. 102. incipiente, Charissime Domine, isti nostri Nucerini. Sed non potuêre comprehendere malefactores. Quo nomine id non debet imputari Domino Episcopo, per ea, quæ voluêre Bar. Ang. in d. l. Ne quid. Et fa. l. In omnibus. l. In delictis, de noxa. l. Sæpè. §. Cur autem, de re iud. Bar. et Doct. in l. 1. §. Occisorum ad Sylla. cum sim. &c.

Sextum Argumentum pro Domino Episcopo.

DEniq; pars aduersa in actis, vers. Solch vnderschidlich/ allegauit, quòd post certas ordinationes & statuta Principum, aliorumq; statuum Imperij, Domini Terrarum ad dandas securitates, nisi in quibusdam casibus non teneantur, vt ita Dominus Episcopus ad dicta damna non sit astrictus.

Septimum

Septimum Argumentum pro Domino Episcopo.

TAndem allegatur per aduersarios, Quòd intolerabilis sarcina imponeretur Domino Episcopo, si semper potenti militum manu, magnis sumptibus defendere à prædatoribus Territorium cogeretur, sicuti id ipsum latius in actis constare potest. Quapropter dicta securitas cum limitatione data fuisse defenditur.

Sunt quædam aliæ defensiones in actis pro parte Domini Episcopi. Quæ tamen, quia sunt leuicula, nihil habentia momenti, ea deducere non volui, cùm hoc consilium sua mole satis sit grauatum.

Conclusiua decisio.

CÆterùm suprà dictis obiectionibus, in contrarium ductis, non obstantib. dico conclusiuè, Dominum Episcopum excusari non posse, sed obligatum esse ad omnia damna reponenda, quæ Actor in suo libello prosecutus est.

Prima ratio conclus. contra Dominum Episcopum.

HÆc conclusio, meo iudicio, non difficulter probabitur. Cùm enim ex rationibus suprà deductis liquidò probauerimus, quòd cautio seu charta securitatis plenã & perfectã securitatẽ in toto Territorio in se contineat, atq; ita Actor in dictã securitatẽ in quolibet loco eiusdẽ Territorij confidere debebat, & poterat: cõsequens est, quòd cùm is Actor in dicto Territorio contra securitatẽ oppressus, ipsaq; securitas à prædatoribus violata fuerit, quod Dominus Episcopus tanq; Dominus terræ, qui dictam securitatem defendere tenebatur, non solùm propter fiduciam securitatis Actori datum, sed etiam iure communi ad damna reponenda tenebatur, per ea quæ supra in primo euidentiali latissimè deducta sunt. Non obstantibus si fortè prætenderetur, absurdum esse, quòd Dominus de alieno puniri delicto debeat. Arg. l. Non debet, de reg. iur. c. Non debet, eo tit. li. 6. Quia, vt ex suprà allegato consil. Franciſc. de Capitibus suprà diximus, Dominus reus non de alieno, sed proprio delicto punitur, id est, ex propria negligentia, quæ in actis allegatur, & infra in solutionibus Argumentorum aliquo modo tangetur. 25.

Secunda ratio contra Dominum Episcopum.

SEcundò probatur dicta conclusio. Nam dato per impossibile, quòd dicta cautio seu charta plenam securitatem non complecteretur, sed recisam & limitatam ad subditos Domini Episcopi, &c. (Sicuti pars aduersa sinister intelligit) ita quòd casus dictæ deprædationis in huiusmodi cautione non comprehenderetur: Adhuc tamen Dominus Episcopus ad damnum deprædationis prædictæ saltem de iure communi esset obligatus. Nam in suprà memorato primo euidentiali per multa fundatum est, Dominos terrarum ad custodiam & tutelã terræ astringi, & super violentijs & damnis, in Territorio commissis, teneri, nisi vel vis maior, vel summa diligentia adhibita Dominum excusaret. Quorum tamen neutrum hic locum habet. Nam nulla fuit tanta vis, quam Dominus Episcopus non facilè cohibere potuisset, cùm 10. fortasse aut 11. prædatores eam violentiam commiserint, vt in actis deducitur. Et item summa diligentia interuenisse non creditur, vt infrà latius dicam. Quapropter Dominus Episcopus à dictis damnis excusari non potest. Et

ex his duabus rationibus patet, Dominum Episcopum breui vrgeri dilemmate: aut enim cautio plenam continet securitatem, & Dominus ex fiducia data tenebitur: aut limitatam, & Dominus iure communi obligatus est.

Tertia ratio contra Dominum Episcopum.

HVc accedit pro tertia ratione, quòd si etiam dicta cautio pro intentione partis aduersæ limitata intelligeretur. Quia tamen eo casu huiusmodi cautio esset contra ius iniqua, deceptoria, & inhonesta, vt suprà satis probauimus. d. l. Iuris gen. §. Prætor. §. Sed si fraudandi. l. Contra iuris, in prin. d. l. Si vnus. §. Pacta, de pact. d. l. Pacta. C. eo. tit. Et fa. c. Præstat. c. Quæ contra, de reg. iur. li. 6. Quapropter adhuc Dominus Episcopus ad damna, tanquam nulla data cautione, teneretur. Eo accedente, quòd cùm eo casu Actor huiusmodi fiduciam securitatis efficacem esse credidisset, facto Domini Episcopi, vel suorum Officialiū deceptus, & damnificatus esset, vt etiam ea ratione dictus Dominus reus à damno reponendo excusari non posset: Quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. l. Qui occiderit. §. In hac quoq; actione, & ibi gloss. cum mul. concor. ad l. Aquil.

Quarta ratio contra Dominum Episcopum.

QVarto ex actis cōstat, Quòd fœlicis recordationis Dominus Georgius, quondam Episcopus, præcessor Domini rei, cum præteritis annis quibusdam viatoribus securitates datæ per deprædationem latrunculorum violatæ essent: Non semel, sed bis operam adhibuit, & tantum efficit, vt huiusmodi spoliatis damna reponerentur, non habita ratione, quòd aliqui ex deprædatoribus extranei essent, quidam dicto Domino Episcopo cognationis vinculo attinerent. Ita enim Actor in libello suo 13. & 14. articulis deduxit, quos articulos Procurator partis aduersæ, quatenus ad factum attinet, confessus est, vt in actis apparet. Quo casu dictus Dominus Georg. Episcopus proprio facto recognouerat, se non solum pro suis, sed etiam pro extraneis obligatum fuisse, vt securitatem datam sine limitatione tueretur. Nam plus est ipso facto, quàm verbis aliquid fateri, & recognoscere. l. Paulus, rem rat. hab. l. Si tamen. §. Ei qui, ibi, Multo enim amplius, cum concor. per glo. de ædil. ed. Socci. Consil. 160. col. 2. qui allegat Pet. de Anch. Cons. 299. & c. Dilecti filij. 1. de appell. Cùm autem ea, quæ in in vno casu obseruata sunt, trahi ad eorum similia possunt. Bal. consil. 163. vers. Præterea. 1. parte. Ve-
29. rum autem sit, quòd similia ea dicantur, in quibus est eadem qualitas. Bal. l. 1. col. 1. C. Quæ sit lon. consue. Idem in l. 1. ver. Iuxta C. de furt. Vnde cùm violationes securitatum sub dicto Domino Episcopo Georgio factæ, eiusdem sint qualitatis cum violatione, quam actor conqueritur (hoc enim præsumitur, nisi contrarium doceatur) meritò factum dicti Domini Georgij Episcopi, ad præsentem causam trahi potest: similium enim eandem esse naturam, Bal. in l. Humanitatis, in quarta oppo. C. de impub. & alijs subst. & alibi tradidit: Et vulgò dicitur, quorum eadem est ratio, eandem quoque esse iuris decisionem. c. Translato, de consti. l. Illud, & ibi glo. cum mul. concor. ad l. Aquil. At similitudo paritatem, immo aliquando maioritatem rationis in se continet. d. c. Translato. Car. Cle. 3. 7. oppo. de Procur. His consequens est, quòd cùm dictus Dominus Episcopus in pari casu curauit, vt damna spoliatis reponerentur: Certè & Dominus reus successor idem facere tenebitur, cùm diuersitas rationis nulla appareat. Addo, ꝙ & in talibus legitimū arg. ab exemplo sumitur. Sic enim Gelasius Papa contra Anastasium

ftasium Imperatorem arguit.c. Alius item.15.q.6. Et dicit Bar. in l.Nemo. C. de sent. Veritatem etiam exemplis comprobari: Præsumitur enim pro eis quæ plærunq; acciderunt. glo. l. Cùm de indebito.§.2. De proba. At plerunq; accidere dicitur,quod bis accidit,quia duo sunt multa:Inst.de iur.pers.in fi.Bar.post glo.in l.1.§.Hoc rescriptum,ad Sylla.glo.1.in c. Ad nostram,de reb.eccle. non alie.cùm simil. Immò & ea, quæ bis facta sunt dicuntur sæpè & frequenter accidisse.glo. in Auten. de test.§. Quia verò, in prin.in verbo, sæpè.glo.in Auten.de defen. ciui. §.fi.in verbo,frequentia. Addo,quòd ex actu bino,seu ex duabus vicibus consuetudo fit,id est,assuetudo facti.l.Nemo,in fi.Et ibi Alberi.Bal.Sali.C.de Epis.aud. 30.
Abb.c.fi.vers.2. Quæritur, de consuetud.Quæ consuetudo seu assuetudo tantum operatur,vt in alijs casibus pro exemplo adduci,obesse & prodesse soleat.Bal. Sali.d.l.Nemo faciat, quod dicitur inhærendum esse vestigijs præcessorum.Cle.1.§. Porrò,ibi Car.not.de iureiur. qui alleg.c.1.De iur.cal. Et sicut successor factum præcessoris pro se potest inducere, vt dicit idem Car.d.Cle.1.in prin. Ita & contra se,cæteris paribus pati cogitur. Arg.c.pro illorum,de præbend.c.Cùm omnes. ibi gloss.de Consti.c. Qui sentit,de reg.iur.li.6.de l.1.ad fi.de aq.plu. ar.cū vulg. Patet igitur ex prædictis, quòd ista repetita facta Domini Episcopi Georgij meritò damno reo præiudicabunt, vt & ipse in actoris damno experiri cogatur, quod suus antecessor legitimè fecit in casibus damnorum similium &c.

Dem allem nach/vnnd dieweil/wie gehört/die Glaitsherrn/vnd zuuor so glaitgelt nemmen vnnd geben/ Item die verweser eins jeden Lands schuldig seyen/auß ordnung vnnd fürsehung gemainer Kayserlichen Recht/ nach allem jhrem vermögen/die straß vnd offen weg jhres Lands/rain vnd sauber vor vbelthättigen Menschen zuhalten. So sie aber saumig vnnd hinleßig erfunden/vnnd jemands darinn beraubt vnnd beschädigt würdt/ die Herrn vnd Glaitsherrn sollichen schaden abzulegen vnd zubekören schuldig. Vnnd aber vom Herrn anklagten/ nit allein nit erwisen/daß er weder zu Roß noch zu füß/jemands vor vnd ehe die beklagte beschädigung begangen vnnd beschehen seind/Land vnd Grentzen desselben zubereytten vnnd zuuerhüten bestellt hab/wol das auch nit allegirt/vnd also vor diser beklagten beschädigung gar kein angekörten fleiß erwisen/ vnnd auch nach beschehener that/ liederlichen vnnd scheinlichen fleiß fürgebracht. Vnnd ob gleichwol sein Gnad/daß er güten fleiß nach der that angekört/ erwisen/daß dasselbig zuentschuldigung seiner gnaden ult gnug were/noch ist/vnnd dann darzů der Bischoff mit diser Glaitsherrn sich auß gemainem Rechten nit ziehen: Dann in seiner G. macht nit steht/ob er gemainer fürsehung rechtens vnderworffen/vnd demselben verbunden sein wölle oder nit. Sein Gnad sich auch daruon aigens gewalts vnnd fürnemmens (alles mit seiner gegebner glaitsform vnnd macht) nit ledigen kan/noch mag/ Vnnd dann Actor beklagter schad in des Bischoffs glait widerfaren. Bedunckt mich N. der Rechten Doctor/ daß Herr anklagt dem klager billich condemnirt vnnd fällig erkant werden soll/ wie wir oben determinirt vnnd beschlossen haben. Ains jeden baß verstendigen bessern Raths vnnd gůt bedunckenn inn allweg vorbehalten.

CONSILIVM
In contrarium in eadem causa.

SVMMARIA.

1 *Actore non probante fundamenta suæ intentionis, reus, etiamsi nihil probat, absoluitur.*
2 *An Dominus teneatur de robaria, in suo Territorio facta, præsertim si accipit pædagia?*
3 *Regula, volens, quòd per prouisionē hominis à legis prouisione recedatur, quando valeat?*
4 *A quo iure Saluus conductus sit introductus, & an illi renunciari poßit?*
5 *Prouisio legis, qua cauetur, Dominum Territorij de damno dato teneri, an sit ordinaria vel extraordinaria?*
6 *Qualis distinctio sit inter Ius, quod partim authoritate & vtilitate publicum, partim verò authoritate publicum, sed vtilitate priuatum sit?*
7 *In contractibus omnes circumstantiæ requiruntur.*
8 *Quæ sit Salui conductus natura?*
9 *In contractibus non solùm singulæ clausulæ, sed etiam singula verba ponderanda sunt.*

CONSILIVM QVINTVM.

SEius von N. vñ seine helffer zů den zeiten/ als sie des löblichen Bunds in Schwaben offen vñ entsagt feind gewesen seind/ Nemlich nach Christi geburt Anno ꝛc. Haben sie einen Burger von C. zwischẽ den gegenten A. vnd D. im feld nidergeworffen/ zway pferd 40. flor. werth/ samt 16. flo. pars gelts genommen/ weggefürt/ etlich zeit fencklich gehalten / vñ entlich vmb 1500. flor. in gold geschätzt: jme Burgern ist auch daneben 40. flor. atzt gelt auffgelegt worden vñ darzů biß in 200. flor. Rein. vncösten seiner entledigũg auffgelauffen. Vnd dieweil solche thätliche handlung/ in des hochwürdigen Fürsten vñ Herrn Herrn N. Bischoffen zů B. gepiet geschehen / von jme Bischoffe auch glait vnd sicherung/ welche von wort zu wort also laut/ gegeben. Ich Hans N. des hochwürdigen Fürsten vnnd Herrn Herrn N. Bischoffen zů B. meines gnedigen Herrn Camermaister: Bekenne vnd thů kund offentlich/ daß ich auß beuelch vñ von wegen meins genedigen Herrn / dem hernach benanten/ mit seinem leib/ hab vnd gůter/ so fern er des Kayserlichen Landfridens kein verbrecher/ auch keiner des genandten meins gnedigen Herrn offener feind/ oder beschediger / vñ auff seiner gnaden schaden nit gewest/ darumb er noch vnuertragen ist/ auff diß mal seiner G. sicher strack vngefarlich glait gegeben habe/ vnd gib jm das also gegenwertigklich mit disem Brief/ in seiner gnaden Stätten für menigklich/ vñ in seiner gnaden Land vñ gepieten/ für sein gnaden vñ die seinen/ deren sein G. vngefarlich mächtig ist/ Stephan N. Burgern zů C. ꝛc. auch in seiner G. Land / Gebieten vñ Oberkeiten/ geschehen ist/ hat vil ernantter Stephan N. Burger von C. sein Fürstliche G. vor den Ehrwürdigen/ Edlen vñ hochgelerten Herrn/ den gemainen Bunds Richtern fürgenommen / beklagt / der enden sich dann hochgedachter vnser gnediger Herr von B. in Recht beschützt/ defendirt/ vñ ist von bayden thailen biß zů dem beschluß der sachen / wie in beyligenden Acten begriffen ist/ procedirt worden.

Auff solches hat der vil vnd hochgenant mein gnediger Herr von B. mir Doctori die gemelte Acta zůgestellt / mit beger / daß ich seinen F. G. mit einfürung der Recht anzaige / wie in diser Rechtsachen solte geurthailt werdẽ/ sich solchs bey obgemeleten Bunds Richtern zugebrauchen. Vnnd wiwol vns bewust/ daß die jetzt vñ obgemelte meine günstige Herrn/ die gemaine Bunds Richtern/ solchẽ vñ vil einen höhern hãdel wol erwegen/ vñ zuentschaidẽ wissen/ deßhalb vnser arbeit zů vberfluß vñ onnötig geacht werdẽ möchte: so hab ich doch solchs begern vnsers ampts halbẽ nit wegern mögẽ/ sond seinen F. G.

als

als einem Christenlichen Fürsten willfaren / vnnd doch darneben vnsere günstige Herrn / die Richter / als die hoch verstendigen mit vberfluß nit beladen wöllen.

VNd in dem nammen Gottes. Nach fleißiger erwegung der Acten/sage ich/daß in diser Rechtsach vnser gnediger Herr von B. von Actoris klage/ mit abtrag der schäden solle absoluirt/ vnnd ledig gesprochen werden: vnnd das auß der vrsach. Dann so die klage/ exception / außreden/ vnd gegenreden / vnnd gemaincklich alles / so von beden thailen fürgebracht worden ist / erwegen / wirdet erfunden / daß Actor sein klag nit begründet/ sonder das gegenspil. Zu einem vberfluß/ist auß den Acten offenbar/daß vnser gnediger Herr von B. durch seiner F. G. Anwalt klärlich fürgebracht vnnd angezaigt hat/ daß Stephan N. zuklagen nit gebürt habe/oder gebüren möge. Daß aber solchs wahr seye / wöllen wir durch dise hernach folgende fundament oder grund/ vnd außfürung derselben anzaigen.

Vnd ist erstlich wahr / daß Actor sich des gemainen Rechtens/ welliches sagt/ wie ein jeder Fürst vnd Herr sein Land oder gezürck vor rauberey rain erhalten / vnnd wo er das nit thet / das er alßdann den jenigen/so darinn beschedigt wurden/bekörung vnd abtrag thůn solle / alles mit der maß / wie die Lehrer der Recht darnon reden : darauff wir vns von kürtz wegen gezogen haben wöllen / in diser seiner klagsachen nit hat gebrauchen mögen/ dieselben auch werden jhme in disem fall nit zu dienst oder statten kommen / mag auch darmit sein klag nit begründen oder außfüren: Deßhalb dann alle disputation bayder thail Aduocaten in disem fall vergebens / vnnd ein vberfluß gewesen/ vnd noch ist.

Zum andern / daß Actor oder Stephan N. sein klag mit dem eingelegten glaitsbrief auch nit begründen oder außfüren möge / vnnd daß diser fal/ vnder solchem glait nit begriffen ist: Deßhalb dann alle disputation vnd der gezeugen sage (ob vnnser gnediger Herr gebürlichen fleiß die thätter zu behendigen fürgewendt habe oder nit) gantz vergebens vnd von ohnnötten gewesen/vnd noch ist.

Zum dritten gesetzt (der warheit vnuergriffen) daß diser fal vnder dem glait/als vil derselb Titij von N. person betrifft/ begriffen sein möchte/ Daß auch bewisen were / daß vnser gnediger Herr / vnnd die seinen/ in der nacheyl seumig/vnd also streflich gewesen were: so hette demnach Actor sein klag nit begründet / dieweil in Actis nit außgefürt ist / daß durch meinen gnedigen Herrn etwas gefärlichs / oder nachleßigs gehandelt worden were: Welche nachläßigkeit einem betrug vergleicht werden möchte.

Außfürung des ersten Grunds.

DAß aber Actor sich der Recht/ vnd was die Lehrer derselben daneben geschriben habē/wie ein Herr schuldig seye/sein Land vō raubery rain zuhalten/in disem fal nit gebrauchen möge: wöllen wir also außfüren. Dann ein gewise vnd vnwidersprechliche Regel der Recht ist/so das gemain Recht ainich fürsehung oď satzung thůt in einem namlichen fal / vnd aber die contrahenten oď handler sich ainer sondern maß vñ gstalt gebrauchen:so achten vñ wöllen die Recht/ dz in demselben fal nit satzung oder fürsehūg der gemainen Recht/ sonder die newe bewilligung vnd maß der contrahenten solle

angesehen

angesehen werden. Also in disem unserm fall/wo Stephan N. kein gemeßig glait genommen/ vnd also in meines gnedigen Herrn von B. Lande vnd gepieten gefangen vnnd geschätzt worden: so were zu erwegen / was inn disem fall das gemain Recht erforderte / vnnd was vnser gnediger Herr inn disem fall zuthůn schuldig were. So aber Actor sich mit vnnsers gnedigen Herrn Amptman ainer sondern maß vergleicht / welche inn etlichen fällen ein mehrers / in etlichen ein minders / dann das gemain Recht vermag / ist er darmit auß der fürsehung des gemainen Rechten gegangen / vnd mag also zů dem innhalt des gemainen Rechtens in disem fall nit gelassen werden: Wie ich dann solchs in Latein / mit erledigung etlicher gegenwürff ferrer vnd bestendiger außfüren will.

Außfürung des andern Grunds.

Vnd auß disem volgt die warheit des andern grunds. Dann dieweil in disem fall nit das gemain Recht / sonder weß sich Actor vnnd meines gnedigen Herrn Amptman mit einander vertragen vnnd verainiget haben/ angesehen werden solle: würdt auß den worten desselben vertrags gefunden/daß vnser gnediger Herr/ ausserhalb seiner F.G. Stätten vñ flecken/ gegen den jenigen/ so jr F.G. zu recht ohngefärlich/nit mechtig sein möchte/ gar nit hat wöllen verbunden sein. Dieweyl dann die beklagt beschädigung im feld zwischen der gegend A. vnnd D. auch von den jenigen/ wellicher nit allein vnser gnediger Herr/ sonder auch der gantz Schwäbisch Bůd/ zu recht nit mächtig ist / beschehen: Volgt darauß / daß diser fal vnder dem glait nit begriffen / sonder diser fal nämlich außgenommen/ Auch in disem fall das gemain Recht nit anzusehen ist: volgt darauß/daß vnser gnediger Herr / oder die seinen weder in Crafft des gemainen Rechten/ oder gelaits/ schuldig gewesen seind / nacheylung zuthůn / vnd zuuoran mit solchem ernst/ oder fleiß (wie der gegenthail daruon sagt) oder so nit der aller höchste fleiß fürgewendt werde / das vnnser gnediger Herr den schaden zu erlegen schuldig gewest were. Dann in dem ist genug / das ohngefärlich gehandelt worden seye / wie dann kein gefärlicheyt inn disem fall / vnnserm gnedigen Herrn mage aufferlegt werden / mit der maß vnnd verstand / wie hernach begriffen ist ꝛc.

Außfürung des dritten Grunds.

Wiewol / zweyfels ohn / diser handel nit nach der sag des gemainen Rechtens/sonder nach außweisung vñ vermög des geschribnen glaits zuerwegen ist / daß auch die beschehen beschädigung vnder dem Bůchstaben deß gelaits nit möge begriffen werden. Gesetzt (doch der warheit vnuergriffen) daß sollich glait etlicher maß (wie der Kläger in Acten sagt) auff Sesium von N. oder ander gezogen werden solte / oder das vnnser gnediger Herr in der nacheyl nit allen müglichen / vnnd den höchsten fleiß fürgewendt hette/ Dannoch so hette Actor sein klag nit begründet/ dieweil nit außgefürt ist/das durch vnsern gnedigen Herrē/ oder seiner F.G. Amptleut vñ vnderthanen etwas gefärlichs gehandelt worden seye. Dañ die Recht/vñ die Lehrer derselben wöllen/vñ sagen/daß in einem vertrag oder handlung nit allein alle clausel/sonder auch alle wort jr würckung haben sollē/ vnd nit zuuermůten ist/das etwas vergebenlicher/ vñ one sonder würckung gesetzt wordē seye.

So nu dises gegeben glait fleißigklich gelesen/wirt dises wort(ohngefärde) zů zwayen malen darinn erfunden: Nemlich erstlich in der clausel/seiner F. G. vngefärlich glait: vnnd zum andern in der clausel/ in seiner G. Stätten für menigklich/vnnd in seiner G. Land vnd gepiete/ für sein G. vnnd deren sein G. vngefärlich mechtig ist. Vnd auß dem volgt erstlich/daß diser Contract vnd handel zwyschen Actori vnnd meins gnedigen Herrn von B. Amptmañ dermassen ist abgeredt worden/ daß sich der Amptman von wegen vnsers genedigen Herrn von B. nit höher hat wöllen verbinden/ dann daß inn diser glaits gebung kein gefärde gebraucht werde/ hat sich also oder zuuor an/seinen G.H. zů keiner nachläßigkeit/versanmligkeit/so zu latein Culpa genant würdt/ nit verbinden wöllen. Vñ das hat zwischen den partheyen oder Contrahenten wol sein mögen: Dann die Recht sagen/wiewol handlung dermassen gestalt seyen/in welchen genůg ist zů volfůrung derselben/daß nichts gefährlichs gehandelt werde: in etlichen ist not/daß nit allein nichts gefährlichs/sonder daß auch fleißigklich gehandelt werde/ So mögen doch die Contrahenten/durch jr nämlich außnemmen vnd geding/die natur des handels wol endern vnd vberain kommen/daß in ainer sach/welcher natur nach nit allein kain geferde/sonder auch der höchst fleiß gebraucht werden solte/daß in derselben allein das geuerde außgeschlossen werde/wie in disem fall beschehen ist. Dann gesetzt (der warheit vnuergriffen) daß die natur des glaits nit allein begert/das kein geferde soll gebraucht werden/ sonder auch daß der glaitgeber/allen fleiß fürwenden solte/ damit der verglait nit beschädigt wurde: so mag doch solchs/durch sonder pact hingenommen werden/wie in vnserm fal beschehen ist: Vnnd das auß einer gůten vrsach/dieweil vnnser gnediger Herr dazumal neben andern stenden des Bunds offen feind gehabt/ vnnd gewißt hat daß dieselben auff seiner Fürstlichen Gnaden glait nit geben wurden: hat seiner F. G. Amptman weißlich gethan/seinen Herrn nit hoch zuuerbinden. Vnd ist wol zugedencken/ daß sich ein Fürst oder sein Amptman gegen einem so geringen glaitgelt/als 28. pfenning/nit höher verbinden/dañ daß kein geferde gebraucht werde/ Wiewol dannoch sein F. G. allen fleiß fürgewendt hat/wie auß den Acten erfunden wirdt: welches doch sein F.G. auß vnd in Crafft derselben wort des glaits zuthůn nit schuldig gewest were. Vnnd zum andern volgt herauß/daß vnser G.H. von B. nit schuldig gewest vnnd noch ist/den allerhöchsten fleiß anzukören/damit Seius von N. oder ander zů Recht gebracht werden möchten. Vnnd ob etwas vbersehen worden were/ daß sein F. G. darumb dem Actori seine schäden all abthůn solte/ dieweil doch solchs auch allein vngefärlich zuuerstehen. Vnd ist genůg/daß Actor hierinn nit anzaigen möge/ daß durch sein F. G. ichts gefärlichs gehandelt seye. Aber sein F. G. sein nit schuldig in disem fall seiner G. stifft in sonder färlicheit zusetzen/ sonder Actor soll sich benügen lassen/daß ohn geferde/vnd dermassen gehandlet werde/wie sein F. G. sollichs bey gemainen stenden des Bunds im rath gefunden hat/ vnnd seiner F. G. Stiffts gelegenhayt sein mage: Wie dann sollichs hie nach inn Latein ferner angezaigt würdet ꝛc.

In no-

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Visis actis causæ vertentis, inter Stephanum N. Actorem ex vna, & reuerendissimum in Christo patrem & Dominum Episcopũ Oppidi B. reum ex altera, coram Iudicibus confœderatorum Sueuiæ: Ego N. Doctor vtriusq; Iuris interrogatus, arbitror reuerendissimum Episcopum ab impetitione Actoris, cum expensarum refusione absoluendum: quòd nullam actionem Actor habuit, neq; aliquid vel de-
1. duxit vel probauit, propter quod sententia pro eo ferri deberet: Actore enim non probante fundamenta suæ intentionis, reus venit absoluendus, etiam si nihil probauerit, l. Qui accusare. C. de eden. c. Cum Ecclesia Sutrina, in fi. De caus. poss. & proprie. l. Actor quod asseuerat, C. de proba. cum si. Sed dictus Actor nullatenus probauit fundamenta intentionis suæ: Ideo reus debet absolui, & Actor in expensis condemnari, Per l. properandum. §. Sin autem alterutra. C. de iudi. & l. Eum, quem temerè. ff. eo. ti. Et quoniam coram doctissimis, peritis & expertissimis Iudicibus agitur, breuissimè & tribus fundamentis rationem meę responsionis reddam.

Primum fundamentum.

2. LIcet hæc sit communis Doctorum sententia, ita, quòd ius commune meritò appellari possit, videlicet, quòd Dominus Territorij teneatur de robaria facta in suo Territorio, si saltem sciuit, & prohibere potuit. Ita Doctores ferè omnes in l. Nequid. & ibi glo. in verbo à possessoribus, ff. De incend. rui. naufra. Et allegans rationem. Bar. dicit: Quia Dominus tenetur ad custodiam sui loci. per l. 1. §. fi. C. de fal. moneta. & l. 2. §. Domini etiam prædiorum, C. de his, qui lat. vel alijs cri. re. occulta. Bal. in c. 1. §. Conuenticulas, de pa. iura. fir. vbi dicit: Et istud est valdè notabile, quòd colligentes pedagia, debent retinere itinera tuta: Vnde, si fit aliqua robaria in eorum curia & Territorio, seu districtu, ab eis possessis, vbi exigunt à transeuntibus pedagia, tenentur ea restituere, vel malefactorem exhibere. allegat l. Ne quid. ff. De incen. rui. naufra. Et Archidia. in c. Si quis Romipetas. 24. q. 3. Quæ tamen omnia limitantur per Bar. Ange. & Doctores communiter, si Dominus sciuit, & prohibere potuit, &c. Attamen si verum fateri volumus, vt tenemur, per hęc iura omnia, vel per hoc ius commune non fundatur actio Stephani N. Actoris: Quoniam per prouisionem, & pacta specialia, facta in Actorē & Officialem Episcopi, videtur ab hac iuris prouisione recessum. Est enim generalis & trita regula: Prouisio hominis tollit prouisionem legis: imò per prouisionem hominis videtur quis renunciare prouisioni legis, per l. Et habet, § Cùm quis, & ibi glo. ff. De preca. l. fi. C. ad exhiben. l. Si cum dotem, ff. solu. matr. l. 2. & ibi glo. C. de iure Emph. l. debet. §. Item si prædixerit. ff. naut. caupo. stabu. Eligens enim vnum, videtur alteri renunciare, l. Maritus. C. de Procur. Glo. & D D. in l. Pacisci, ff. de pact. Bar. in d. l. Si cum dotem, dicit: Per prouisionem hominis receditur à prouisione legis, circa id, quod est prouisum. Facit, quod notabiliter dicit Bal. in l. 2. C. de iure emphi. Pacta expressa remouent dispositionem naturæ legalis. Quia ergo in casu nostro inter Actorem & Officialem Reuerendissimi facta sunt specialia pacta, qualiter, & aduersus quos, & in quibus casibus militare deberet Saluus conductus: Per hanc eorũ specialem prouisionem recesserunt à legis prouisione vel dispositione. Superuacaneum ergo fuit in actis disputare, ad quid teneatur reuerendiss. Episcopus de iure communi.

3. Sed contra supradicta argumentatur primo: Regula, quæ vult, quòd per prouisionem hominis censetur recessum à prouisione legis, vera est, & procedit, quando prouisio legis est extraordinaria, secus si esset ordinaria: quoniam tunc per hominis prouisionem, vltra legis prouisionem contrahenti videtur amplius consultum. Et ita notabiliter limitat suprà dictam regulam Bar. in l. Si cum dotem, ff. solu. matri. per glo. in l. 2. C. de iure emphi. Facit tex. in l. Causam. §. 1. ff.

de

de manumiss. & in l. Apud Celsum. §. Item quæritur, si cum eo. ff. de dolo mali & met. excepti. l. Prædia, ff. de actio. empt. & l. Si ita stipulatio à patrono, ff. de oper. liberto. In quibus locis concurrit prouisio hominis cum legis prouisione.

Secundò obijcitur: Saluus conductus, & quòd itinera sint tuta, est de iure publico introductum: Sed iuri publico renunciari non potest, l. Ius public. & l. Iurisgent. §. Si paciscar, ff. de pact. Ergo non potuit vel ipsius Salui conductus formam immutare, vel Actor remittere. 4.

Tertiò obijcitur: Actor receptas literas Salui conductus non legit, vel saltem longo alio sensu intellexit, quàm ego præsenti meo consilio facere soleo.

Ad primam obiectionem respondeo. Primò: Quòd hæc legis prouisio, qua cauetur, Dominum Territorij teneri de damnis, in Territorio datis, si sciuerit, & prohibere potuerit, sit non ordinaria, sed extraordinaria, per regulam, quæ traditur per glo. & DD. in l. Vt eleganter, §. Item Labeo quærit, ff. de dolo. glo. in l. Licet, §. fi. ff. naut. caup. stabu. Quoniam quotiensc unque subest culpa absque dolo, & nullus contractus præcessit, sed solum quasi contractus: tunc datur actio in factum subsidiaria. Vel ad hanc primam obiectionem potest responderi: Dato, citra veritatis præiudicium, hanc legis prouisionem esse ordinariam: tamen dictum Bar. & DD. debet intelligi, nisi ista hominis prouisio esset contraria prouisioni legis, vel non posset stare cum prouisione legis: tunc enim tollit etiam ordinariam legis prouisionem. Et ita loquuntur iura, suprà in principio allegata, videlicet l. Pacisci. ff. de pact. l. Debet. §. 1. ff. nau. caup. stabu. Vbi verò prouisio legis potest stare cum prouisione hominis, vna alteram non tollit. Et ita loquuntur iura in Argumento deducta, videlicet l. Causam. §. 1. ff. de manumiss. cum sim. In proposito autem casu, licet lex loquatur, Dominum Territorij teneri vniuersaliter de omni homine, qui damnum dederit Domino sciente, & prohibere potente. Prouisio autē hominis solùm loquitur de hominibus, qui iussu parent, & obedientes Domino fuerūt. Et licet legis prouisio loquatur vniuersaliter & æqualiter, in quacunq; parte Territorij damnum datum fuerit: prouisio autem hominis aliter loquitur, si damnum datum fuerit in Oppidis, & aliter loquitur, si damnum datum fuerit in via: quoniam in campo vel via non voluit dans securitatem teneri, nisi de suis & obedientibus, sine dolo. Et ita loquitur Bal. in l. 2. in 3. col. vers. dubitatur si emphiteota. C. de Iure emphi. 5.

Ad secundam autem obiectionem dico, & assero communem solutionem: quia distinguendum est de iure publico. Si enim loquimur de iure publico, quod est authoritate & vtilitate publicum, procedit Argumentum. Et de illo loquuntur iura, ad hoc allegata, sed casus noster non comprehendit tale ius publicum & authoritate, & vtilitate. Si verò loquimur de Iure, quod est publicum authoritate, sed vtilitate priuatum, huic contrahentes renunciant sæpius, vt d. l. Pacisci, ff. de pact. & in casu. l. Debet. §. 1. ff. nau. caupo. stabu. qui casus maximè similis est casui nostro. Et ad hanc legem responderi per Actorem non potest, quemadmodum etiam sufficienter in actis deductum est. 6.

Ad tertiam obiectionem respondeo: Creditu dignum non esse, Actorem literas non legisse. Quod si ita esset (citra tamen veritatis præiudicium) sibi imputandum erit, cùm hoc facere potuerit, & non fecit. Quod autem dicitur alio sensu Actorem intellexisse verba literarum Salui conductus, quàm nos facere solemus. Respondeo: Hunc intellectum, quem deduxi, esse veridicum, genuinum, & iuri consonum. Præterea verba sunt intelligenda eo sensu, quo rectè intelligentibus cadunt, ne aliâs stulti & insipientes sint melioris conditionis, quàm intelligentes, quod esse non debet. Nam in dubio, vt Iura dictant, recurrendum est ad cōmunem verbi intelligentiam, & vterq; partium cogitur verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare: Ita dicit tex. in c. Ex literis & infra, De sponsa. & matri. cum simi.

Secundum Fundamentum.

POstquàm vidimus, quòd in hoc casu non secundum dispositionem iuris communis, sed secundum partium conuentionem iudicandum sit: restat, & legitimè infertur, casum in persona Actoris factum non esse sub Saluo conductu comprehensum: Quoniam reuerendissimus Dominus Episcopus de huiusmodi damnis per inimicos, Vnd der jhenigen/dero er zů Recht nit mächtig ist/extra Oppida teneri non voluit: nec est nouum, quòd prouisio hominis de custodia & securitate adhibenda ad certa loca & certas personas restringetur: Quando etiam lex ipsa sæpius hoc facit, & in casu omnino simili, qui habetur in d.l.fi.ff.naut.caup.stabu. in prin.& glo.in l.licet.grat.eo ti. Si ergo casus noster non est sub Saluo conductu comprehensus: frustrà disputatur, an culpam vel aliquam negligentiam adhibuerit.
7. Quoniam in huiusmodi casibus primum debemus quærere quid, & qui casus sub lege alicuius contractus comprehendantur. Postea verò, an in casu comprehenso veniat vel leuis vel lata culpa, vel quam diligentiam debeant contrahentes adhibere, per l.videamus.§.1.ff.locati: non entis enim nullæ sunt qualitates. Frustra ergò disputatur, quam diligentiam adhibuerint subditi reuerendiss. Episcopi, cùm nulla securitas in hoc casu sit promissa, sufficit, si dolus argui non posit, quod nequaquam ex actis elici potest.

Tertium Fundamentum.

POstremò mouemur hac ratione. Esto, casus noster contineatur sub verbis Salui conductus, saltem quantum ad locum, & ad certas personas, in facto comprehensas: tamē reuerendissimus Episcopus absolui debet: ex quo per actorem probatum non est, dolum fuisse commissum, vel reuerendiss. vel etiam suos in tam lata culpa fuisse, quæ dolo deberet non immeritò comparari. Et ad hoc inducendum præsupponimus hanc vulgarem doctrinam Iurisperitorum, quæ vult: Naturalia alicuius contractus posse per pactum immutari, tex.& Docto.in l.pacta cōuenta.ff.de contrahen.emp.& in l.contractus, ff.de reg.iur. cum iuribus vulga.
8. Licet ergo de natura contractus Salui conductus sit, vt præstans securitatem, vel Saluum conductum, teneatur de culpa: tamen illud naturale contractus per pactum tolli potuit, ita, quòd præstans Saluum conductum solùm de dolo teneatur, & non de culpa. Quod autem in casu & contractu nostro per pacta specialia à natura Salui conductus recessum sit, tam circa contractum & Saluum conductum in se, & etiam circa personas, quarū occasione teneri deberet reuerendiss. Episcopus, patet ex duobus locis Salui conductus, quemadmodum illa loca in vulgari suprà attigimus. Quòd autem illa verba vulgaria: vngefährlich/oder ongeferde/hoc operentur, patet. Quia licet aliqui contractus sint, qui dolum tantum recipiant: quidam verò dolum & culpam simul, qui enumerantur per glo.in d.l.contractus quidem, ff.de reg.iur. Saluus autem conductus etiam talis contractus est, qui de sui natura dolum & culpam recipit: tamen, quia reuerendiss. Episcopus contractum ipsum cum hac additione (sine dolo) procedere voluit, euidens argumentum est, ipsum se ad culpam pro tam vili pecunia obligari non voluisse: cùm scire potuit reuerendiss. Episcopus, quanta sit disputatio de culpa: verùm solùm de dolo tenere
9. voluit. Vnius enim inclusio, alterius est exclusio: & vt eleganter dicit Alex.de Imol.con.118. incipien. In casu, quo quæritur, &c. in 5. volumi. In contractibus non solùm singulæ clausulæ, sed etiam singula verba sunt ponderanda. allegat l. hanc legem.ff.de contrahen.empti.l. Si stipulatus, in prin.ff.de vsur. Bal.in rubri. C.de contrahen.emp. Si ergo illa verba, vngefärlich/ ponderantur, operantur, reuerendiss. Episcopum solùm de dolo, & non de culpa teneri: alioquin ista verba nihil operantur, quod fieri non debet. Satis ergò dicitur reuerendiss. tenuisse fidem contractus, si circa Saluum conductum nihil dolosè actum est, quemadmodum in actis nullus dolus vel allegatus vel probatus est. Item virtute dicti contractus non tenetur reuerendiss. Dominus, neq; tenebitur omnem mouere lapidem, vt aliquos huius facinoris conscios comprehendat, & se suosq; in discrimen ponere: Sed suffi-

cit, si in hoc casu vel contra Titium, vel quemcunq; alium nihil actum vel obmissum sit, quod dolum comprehenderet, vel talem culpam, quæ dolo meritò possit comparari. Ex quibus omnibus concludo, reuerendissimũ Episcopum ab actione intentata cum refusione expensarum absoluendum &c.

De commissione & delegatione Causæ.

THEMA.

An Imperator vel Iudex extra fines Imperij existens, possint causas in Imperio delegare, & causa, remota appellatione, committi, constitutioq; de vna & duabus dietis locum habeat de Iure ciuili, & in ciuilibus.

SVMMARIA.

1 *Abundantia implet cisternas legum.*
2 *An Princeps teneatur ex pacto: & an submissa sint pacta & contractus Imperatori?*
3 *An Imperator extra limites existens possit delegare causas Imperij?*
4 *An Imperator ea, quæ inducta sunt de Iure naturali, possit tollere?*
5 *An commissio Imperatoris contra pacta, Ius & Constitutiones facta, valeat, si non opposita est clausula derogatoria?*
6 *Omnis Iurisdictio & Imperium est penes Principem Romanum.*
7 *An Princeps virtute ordinaria Iurisdictionis possit sententiam suorum Delegatorum exequi, & in eo officium suum implorari?*
8 *An possit causa compromitti in Iudicem ordinarium?*
9 *In impetratione Iudicum Delegatoris, vtriusque partis consensu opus est.*
10 *Causa in vno Iudicio cœpta, si tractatur in alio consentientibus partibus, an procedat?*
11 *Verbum Potest an importet necessitatem?*
12 *De furto & adulterio solus Capitaneus cognoscere potest.*
13 *Verba Debeo & Possum simul iuncta important necessitatem.*
14 *Pactum, ex quo oritur naturalis obligatio, tolli nullo modo potest.*
15 *Paria sunt, per fidem & Iusiurandum promittere.*
16 *Commissio primò specialis facta, per generalem postea non potest derogari.*
17 *Nihil refert, siue facto siue verbo voluntas declaretur.*
18 *Quando nobile officium Iudicis vel Imperatoris imploratur, non opus est libello, litis contestatione, seu alia obseruatione Iudiciarij ordinis.*
19 *In executione non litigatur, sed litigatum petitur.*
20 *An opus sit libello, litis contestatione, & alia obseruatione ordinis Iudiciarij, in liquidatione causæ?*
21 *An in causa vel actione petenda sit prius executio, declaratio Iuris, siue liquidatio?*
22 *An declarans causam aliquid noui inferre vel addere possit?*
23 *Sicuti verbum, quod lex declarat, non est dubium: ita Imperatoris verbum.*
24 *An Iudex, extra Territorium existẽs, possit causas delegare?*
25 *An causa committi possit remota appellatione?*
26 *Separatorum separata debet esse ratio.*
27 *An constitutio de vna & duabus dietis locum habeat de Iure ciuili & in ciuilibus?*
28 *An quis, data cõmissione in locum, teneatur cõparere ibi, si ad illum non est tutus accessus?*

CONSILIVM SEXTVM.

DOmine ad adiuuandum me respice. Quòd Exceptiones prætensę, quas Procuratores illustrissimi Principis & Domini, Domini Philippi N. Landgrauij

Landgrauij in H. nuper, vtpote 13. Kal. Decembris proximè præterita, contra reuerendissimorum patrum ac Principum, Episcoporumq; ecclesiarum in Ciuitatibus Imperialibus A. B. & C. Iurisdictionem, ipsis à Sacra Imperiali Maiestate ad instantiam generosorum Dominorum Heinrici & Guilhelmi Comitum in N. vigore cõmissionis specialis mandatum, coram eisdem reuerendissimis Dominis Commissarijs in T. proposuerunt, nullius sint momenti: quodq; causæ & rationes, ob id in medium adductæ, fundamento iuris careant, ita profectò apertè ex actis constat, vt (pro Vlpiani sententia in l. 1. in fi. ff. de do. prælég.) rei satis demonstratæ frustrà adijci videatur demonstratio.

1. Quia tamen ea, quæ superabundant, solent cisternas intelligentium implere: vt inquit Bal. in. l. fi. ad fi. C. de iure emphi. & hic de veritate vberius excutienda agitur, quæ ferenda est, vt in Auten. de tabel. in prin. & ex virili defendenda, c. Quisquis, & c. Nolite timere. 11. q. 3. Statui aliquanto diffusiùs ostendere, dictis prætensis rationibus, pro impugnanda commissione Imperiali oppositis, non esse locum. Quod vt commodius fieret, huiusmodi prætensas rationes, in actis passim disseminatas recollegi, easq; iuribus ita adiuui, vt dicto Domino Landgrauio prima fronte, atq; in ipso limine victoriam indubitatam polliceri videantur.

Deinde verò pro veritate ostendo, cõmissionem Imperialem iuribus subsistere, suprà dictis argumentis & rationibus, è diuersa parte vtcunq; adductis, ex ordine respondendo.

Inprimis igitur Procuratores aduersarij pro dicta cõmissione oppugnanda supponunt, hucusq; in negocio principali actum esse ex compromisso, quod propter lapsum temporis, in eo præfiniti, euanuerit. Ita enim, vt præmittitur, deducunt dicti Procuratores in exceptionibus, versic. Sovil aber die berümbte Keyserliche ꝛc. & in duplicis, versic. des vil belangt die vnbequemlicheit. & idem allegant in quadruplicis, in versic. Zum andern / ꝛc. & putant fortè id probari per tex. in l. Si cum dies, & in l. arbiter ex compromisso, ff. de arbi. ex hoc tam in dictis locis, quàm in principio sextuplicarum inferentes, Imperatoriæ Maiestati nullam in dicta causa, post latam sententiam, cognoscendi, aut delegandi concessam esse facultatem; cùm id non sit in compromisso (vt ipsi appellant) expressum, l. Non distinguemus. §. De officio, ff. de arbi. nec enim hoc casu nos conuentione supplere videtur, arg. l. fi. C. de pac. con. super. do.

Subijciuntq; dicti Procuratores: per hæc verba conuentionis, vulgariter, der verfassung / darbey wir auch jede vorgenante parthey handhaben vnd schirmen sollen vnd wöllen ꝛc. non tribui causæ cognitionem: & proinde talem delegari non potuisse: Cùm illa verba ad meram facti executionem referantur. l. Si (vt proponis) re. & l. Executorem. C. de execu. rei iudi.

Secundò, ob id contenditur commissionem non valere, q; Imperator, extra Imperij fines consistens, non habeat Iurisdictionem: cùm talis tam iuxta tenorem Bullæ aureæ, quàm veterem nationis Germanicæ obseruantiam penes duos Vicarios Imperij resideat. Ita deducitur in duplicis, versic. Zum vierdten: & in quadruplicis, versi. Inn dem hat die Kay. May. ꝛc. Et ideo Principem non potuisse iurisdictionem, qua caruit, alteri mandare. l. Obseruare. §. Post. ff. de offi. Proconsu. & lega.

Tertiò: Quia etiam Diuus Maximilianus (recolendæ memoriæ) in veteri ordinatione Imperij, cum eiusdem Imperij Principibus, ac Proceribus paciscendo statuerit, q; iudicium Cameræ suo marte currere, nec per restitutiones, supplicationes, aduocationes, aut alias moratorias impediri debeat: ita enim verba constitutionis se habent: Item das Cammergericht sol seinen gestracktten lauff haben / vnuerhindert ainicher Restitution / Supplication / Advocation / oder in andern weg auffschlege.

Quartò: Quod Imperator noster inuictissimus Carolus Quintus, iam Imperij gubernacula tenens, tempore Coronationis sui, viam cõuentionis & pacti promiserit,

scrit. Primò: Quòd Bullam auream & constitutionem, super pace æditam, ac cæteras Imperij constitutiones innouari velit: & deinde promiserit, quòd Principes, ac Imperij subiectos, à Iudicijs ordinarijs, vt extra nationem Germanicam alibi cõpareant, cogere vel euocare velit: quin potius ipsos coniunctim & diuisim in terminis Imperij, iuxta continentiam Bullæ aureæ, & ordinationem Imperij, ac aliarũ constitutionum dimittere velit. Et tertiò q̃ contra Bullam auream, Ordinationes Imperij, & statutiones erectas, & erigendas, nihil rescribere, seu mandare, aut aliud onerosum à se emittere velit, cum appositione clausulæ decretæ irritantis, si cõtrà factum fuerit, q̃ si irritum & inane: per quod Imperator Iurisdictione à se abdicauerit, quemadmodum hæc per Procuratores ex aduerso in sextuplicis, versic. **Zum andern ꝛc.** latè deducuntur.

Quintò ad impugnationẽ dictæ cõmissionis allegantur nouæ constitutiones: vna super Regimine Imperij: altera verò ordinatione Iudicij Cameræ, per dictum inuictissimũ Cæsarem, & Dominũ nostrum, Dñm Carolum eius nominis Quintum, in Comitijs Principũ V Vormaciæ æditæ: disponentes, omnes causas coram Domino locum tenente, ac reliquis Regiminum præfectis, nec non coram Iudicio de Camera agi, & expediri debere. Et præsertim prætendunt, hoc caueri in ordinatione Iudicij Cameræ, sub tit. **Rechtlich fürnemen vnd außtragen / wie Prelaten / Grauen / vnnd Herrn Churfürsten ꝛc.** versi. **Zum vierten ꝛc.**

Quæ cùm ita sint, putãt dicti Procuratores decere, vt Imperatoria Maiestas ea, ad quæ pacto & ex lege cõtractus se obligauit, ꝓ data fide adimpleat: vt ex iure gẽtium tenetur. Ita enĩ Argumentatur in plerisq; locis: & præsertim in sextuplicis, in versi. **Zum andern ꝛc.** Constat namq; Principẽ obligari ex pacto vel contractu, suo subdito celebrato. c. & ibi DD. de probat. Quinimò contractus, qui fiunt à Principe, cõsentiunt bonæ fidei: quia in eis bona fides plus exuberat. secund. Bal. de pac. constãt. §. Si qui vero. Et præposi. in c. 1. de natura feu. Et Do. Iason in l. Ciuitas. col. 4. vers. Item attende. ff. si cer. pe. Nã licet Deus Imperatori submiserit leges. l. Princeps. ff. de LL. tamen nõ submisit ei pacta & cõtractus: quia sunt de Iure gentiũ, secund. Bar. & Bal. in l. Digna vox C. de LL. Addo, q̃ Bal. in Rubri. de cõsti. in prin. dicit, cõstitutionẽ (pacta seruabo) ꝓcessisse ab ore Dei. Hinc dicit idẽ Bal. in l. 1. ff. de pac. Quod etiã Deus ex ꝓmissione obligetur. Vbi pro hoc allegat Magistrũ sententiarũ. & sequitur Alexan. cõsil. 54. incipiẽ. viso pũcto, in pe, col. in lib. 4. Nõ omitto, q̃ Bal. in l. fi. in fine. C. de trãsacti. dicit: Capitula, q̃ sanciuit Papa & Imperator cũ Ciuitatibus, esse seruanda. Vnde videtur, q̃ Imperator atrente pacto suo nõ potuerit in hac causa assumere partes Iudicis, et ex cõsequẽti neceã delegare. 2.

Sextò, pro impugnanda cõmissione adducitur, etiã cessantibus pactis, de Iure cõmuni Imperatorẽ existentẽ extra limites Imperij, non posse delegare causas. Ita enim apertè deducunt dicti Procuratores in duplicis suis, in versiculo, **Zum vierten gestehen die Anwäld nit ꝛc.** allegantes pro hoc regulã l. fi. ff. de Iuris om. Iud. 3.

Septimò in dictis sextuplicis ꝑtenditur, cõmissionem Imperialem ob id nõ valere, q̃ contineat in se clausulas exorbitantes: cũ remediũ appellationis, ac alias exceptiones, quæ naturalem præbeant defensionẽ, tollat, contra pacta inita, & similiter nõ attenta, quòd etiã pro Iuris cõmunis traditione Imperator inducta de iure naturali nõ possit tollere, vt no. glo. in. l. fi. C. si con. ius, vel vti. pub. & in l. 1. ff. de cõstitu. Prin. & Cle. pastoralis, de re iudi. & ideo ꝓpter clausulas istas exorbitãtes tota viciet cõmissio, nec habeat locũ regula, Vtile p inutile, arg. c. Canones. 16. di. 4.

Octauò: ideò videtur dicta cõmissio non valere, q̃ Imperator, rescribendo cõtra pacta, ius, & constitutiones, non apposuit clausulam derogatoriã, vt not. in l. fi. C. si con. ius vel vti. pub. & in l. Lites. C. de trãsact. Quòd autẽ dicta cõmissio iuri aduersetur, ex hoc conuincitur, q̃ repugnat dispositioni d. l. fi. de iuris om. Iudi. Et similiter conuentioni, & pactis Imperialibus, quæ vim legis obtinent, & pro lege possint allegari. l. Donationes, ibi, vtpote contractibus Imperialibus, legis vicem obtinentibus. & ibi Bar. & Bal. C. de dona. inter vi. & vxo. Quem tex. Iason in d. l. Ciuitas, in 3. col. dicit esse ad hoc meliorem de iure. 5.

Istis tamen omnibus prætensis Argumentis nõ obstantibus, veritatis præsidio

munitus dico intrepidè, dictam cõmisſionem eſſe validam, & vigore eiuſdem reuerendiſſ. patribus et Dominis ſupràdictis in præſenti cauſa competere iuriſdictionẽ, quodq́ ipſi, tanquam Iudices competentes, ad executionem, & alia, iuxta tenorem Commiſsionis Imperialis, & mentem Committentis procedere, & partibus expeditam iuſtitiã miniſtrare et poſſunt & debeant, id quod paucis ineonuincibiliter oſtendam.

6. Quia conſtat inter omnes, Imperium, omnemq́ iuriſdictionẽ eſſe penes Principẽ Romanũ ex lege Regia, l. 1. ff. de cõſti. prin. l. deprecatio. ff. ad. l. Rho. de iac. ita dicit Præpoſitus in c. primo, de natu. feu. Hoc etiam habetur ex doctrina Bal. in c. ad hęc, in 4. col. de pac. Iura. fir. vbi dicit, quòd omnes iuriſdictiones ſunt apud Principem, tanq̃ fontem, à quo fluant ac refluant, ſicut flumina ad mare: ipſe enim eſt, qui facit ordinarios, & à quo manant omnes iuriſdictiones, mediatè vel immediatè. l. 1. §. Cùm vrbem, ff. de off. Præfec. vr. Et. no. in l. Imperium: & in l. more. ff. de iuriſdi. om. iudi. Et talis eius iuriſdictio eſt notoria, ac iuris, & de iure, vt dicit Bal. in l. 2. in 9. col. verſi. extra prædicta. C. de ſerui: & aqua. Concurritq́ in iuriſdictione & poteſtate, cum quocunq́ ſuo ſubdito, vt dicit idem Bal. in c. 1. in prin. in ti. Quis dicatur Dux, Marchio, vel Comes.

Deinde conſtat, quòd quando Princeps de cauſa ſe intromittit, videtur eam ab ordinario auocare, et ab ordinaria iuriſdictione eximere, ac manib. omniũ, ne quid quam attentent, & Bal. & Sali. in d. l. Si vt proponis, c. quo. & quan. iud. & c. Studuiſti, cum ibi no. de off. Lega. et Bal. in d. c. ad hæc, de pac. iura. fir. in 4. col. Ita etiã tenet Do. Alber. Bruno conſil. 54. multa iura in eam rem citans.

Præterea & tertiò dico, ex literis dictæ cõuentionis, vulgariter, **der verfaſſung/** liquidò apparere, quòd Imperator de memorata cauſa, quę, vt Maieſtas ſua narrat, bono, hoc eſt, ſecundum communem intelligentiam, longo tempore tam coram nouem Conſiliarijs Landgrauij, quàm in iudicio Cameræ indeciſa penderat, ſe intromiſit, ea dictis tribus Principibus, conſenſu partium, facta eſt. Ita ſimiliter aduocatio, quę per delegationem fieri cenſetur, ex partium conſenſu proceſſiſſe intelligitur: Ex origine enim actus præambuli poſteriora diriguntur, l. 1. circa fi. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10.

Ex quo ſequitur, hucuſq́ in dicta cauſa non eſſe actum ex compromiſſo, ſed iure ordinario, virtute aduocationis & delegationis, illius occaſione factæ: quod nedum ex ſupradictis manifeſtum eſt, ſed & ipſe Princeps in præfatis literis conuentionis hoc ipſum planè teſtatur his verbis: **Das wir als Römiſcher Kayſer/ jhr beyder rechter Herre/vnnd ordenlicher Richter / dreygeborn verſtendige vnpartheyiſche Mann/rc.** Quibus verbis, præſertim cum fundamentum actus reſpiciant, ſtandum eſt. l. 1. de proba.

7. His ergò omnibus, tanquam veris præſuppoſitis, nemo eſt, qui non videat, Principem vt ordinarium iudicem vel virtute ordinariæ iuriſdictionis ſententiam ſuorum delegatorum poſſe exequi. l. à diuo Pio. ff. de re iud. & Bal. in l. properandum. §. Sin autem reus, in principio. C. de iudi. ita quòd nemo alius citra ſpecialem Commiſsionem Principis ſe de ea auſit intromittere, eò, quòd Princeps ſemel manum appoſuit delegando, & eo ipſo cauſam, conſenſu partium aduocando, iuribus ſuprà allegatis. Ita etiam tenet Bal. in d. §. ad hoc, in ti. de pac. iura. fir. & Do. Iaſon in l. more. ff. de iuriſ. om. iud. in 13. col.

Et in hoc poterit officium eius pro habenda executione implorari: quemadmodum et factum eſſe ex tenore Cõmiſsionis deprehenditur, ſecund. Bar. & Alex. in l. intra dies. ff. de re iudi. & Specu. in ti. de executio. ſen. §. Breuiter. & Lanfranc. in repetitione. c. Quoniam contra falſam, in verb. interlocutoriæ et appellationes, De probat.

Quod quidem Officium eſt nobile, vt dicit Bar. in dicta l. à diuo Pio, §. 1. Alexan. poſt Bar. in l. Iubere canere, ad finem, ff. de iuriſ. om. iud. & Angel. in l. qui reſtituere. ff. de rei ven.

Potuitq́ talis executio per Principem alijs delegari. Ita tenet Specula. in ti. de iuriſ. om. iudi. in ver. Cauſa. & Sali. in l. & ſi nõ cognitio. C. Si cõ. ius. vel vti. pub.

Ita

Ita etiam sentit Bar. in d. l. à diuo Pio. §. 1. Quorum delegatorū executio, per delegantem fieri censetur, l. Si (vt proponis) 1. C. de execut. rei iudi. l. Ita aut. §. Gessisse. ff. de administra. tuto. & c. Mulieres, in fi. desen. excom. Ita dicit Specula. in dic. ti. de executi. sen. §. Nunc dicendū, versi. Sed pone iudex Perusinus. Et pro hoc (mea opinione) optimè facit tex. in l. Pater ex prouincia. ff. de manu vendic.

Addo, ꝙ Princeps in dictis literis cōuentionis, vulgariter, verfassung / etiam executionem sibi expresse reseruauit his verbis: Darbey wir auch jede vorgenante parthey gnedigklich handhaben vnd schirmen sollen vnd wöllen ꝛc. Quæ verba cum effectu accipienda sunt, l. 1. §. Hæc autem verba, ff. quòd quisqꝫ iur. Et sic intellecta executionem rei iudicatæ pollicentur: quemadmodum & aduersaria pars pleruncꝫ in actis fatetur. Quod autem putat, ista verba ad meram facti executionem tantùm pertinere, nō autem vt etiam Princeps cognitionem aliquam habeat, errore labitur, vt infrà docebo.

Est itaqꝫ ex prædictis omnibus hæc conclusio expedita, ꝙ cōmissio Imperialis valida existit, Imperatoris constitutionibus, pactis, ac alijs in contrarium allegatis, quæ ad rem non pertinent, minimè obstantibus, vt infrà latius ostendam.

Superest nunc, vt Argumentis Procuratoris ex aduerso, quibus Imperialem commissionem, quæ nullo Iure, nullaqꝫ probabili ratione conuelli poterit, oppugnare, ac totam supprimere conati sunt, respondeamus.

Ad primam igitur prætensam rationem, quòd videlicet lapsu temporis finitū sit cōpromissum, & vltra in eo expressa nō porrigatur, satis respondisse videbimur, si ostenderimus falso præsupponi, in Imperatorem & ius delegatos esse cōpromissum. Id quod ex suprädictis manfestum est: & velut epilogādo clarius monstrabimus.

Primò enim ex suprädictis satis probatum relinquitur, Princip ē, penes quem omnis potestas est & iurisdictio, suprädictam causam, consensu partium, præfatis tribus Principibus Imperij Iure ordinario delegasse, & hoc ipso alijs quibuscuncꝫ, ne de ea se intromitterent, viam præclusisse, iuribus suprà allegatis.

Secundò, quòd ita ordinario Iure idem Imperator causam delegauerit, ostendi suprà: & dixi, præsertim ex ijs verbis constare, Daß wir als Römischer Kayser jrer bayder rechter Herr / vnd ordenlicher Richter dreygeborn ꝛc. Quibus verbis standum est. d. Cle. 1. de proba. cum simili.

Tertiò: Cùm Iuris sit non incogniti, in ordinarium Iudicem & arbitrum non posse compromitti, l. Sed & si seruum, §. Si quis iudex. ff. de arbitris. Necesse erit dicere, partes non consensisse in Cæsarem vt arbitrum, penes quem omnis iurisdictio existit, sed vt causa à Iudicio Cameræ aduocata, eam dictis tribus Principibus audiendam, & fine debito terminandā, velut Cæsar & ordinarius Iudex (vt verbis eius vtar) committeret. 8.

Quartò, videmus Cæsaream Maiestatem in dictis literis conuentionis vulgariter, verfassung / sibi etiam executionem reseruasse, qui aliâs in compromissum, vt is, cui vis exequendi non est, exequatur, deduci nequit: vt tradit Bar. in l. Non ex omnibus. ff. de arbi. Ideoqꝫ in Principem vt arbitrum cōpromissum fore nullo iure, nullaqꝫ ratione dici poterit.

Nec obstat, quòd Procuratores in quadruplicis circa finem principij contendunt ob id videri in Cæsarem & eius delegatos compromissum, quia in delegatione vtriusqꝫ partis consensus interuenerit, quo alioquin non fuisset opus &c. Quia 9. dico, etiam aliâs in impetratione Iudicum delegatoris vtriusqꝫ partis, si ambæ præsentes sunt, consensu opus esse, l. Obseruandum, ff. de Iudi. & ibi glo. quæ dicit, tunc vnius partis consensum sufficere, quando altera abest, & quod ita seruet Curia Romana. Quam glo. sequitur Bar. in Auten. offeratur, C. de lit. contesta.

Nec etiam ex hoc conuinci poterit, compromissum esse, quod pro celeriori causæ expeditione formula quædam, cum præfinitione temporis, in literis conuentionis præscripta est: quia ista solùm respicit processum, & sententiæ prolationem: quo fit, quod ad aliud non refertur. Arg. l. Cancellauerat, ff. de his quæ in testa. del. Nec Principi executionem, & alia, quæ ordinario iure

etiam post latã sententiã habet, tollit, iuribus suprà allegatis: quam executionem etiam Princeps sibi ex superabundanti specialiter reseruauit.

Quòd autem Procuratores ex aduerso prætendunt, illam reseruationẽ executionis solùm pertinere ad meram facti executionem, d. l. Si (vt proponis) rer. & l. Executorem, C. de exe. re. iudi. ridiculũ est dicere: iam allegata enim iura loquuntur de mero executore, cui post sententiam, & habitam causæ cognitionem nuda facti executio committitur. Hîc autem loquimur in Iudice, qui etiam omnem cognitionem habet, quam executio requirit, d. l. à Diuo Pio, in prin. vbi Bar. pulchrè declarat, & in §. Si super rebus, ea lege, & per totam legem.

Et ꝙ in dicta obseruatione executionis non intelligatur seclusa cognitio, quæ circa eam requiritur, etiam alijs non leuibus Argumentis, circa solutionem quintæ oppositionis comprobabo.

Quia ergò ex omnibus suprà deductis nemo, qui verũ amat, negare poterit, falso pręsupponi, omnia hucusq; acta esse ex compromisso: necessarium erit dicere, data, suppositi falsitate, totam Argumenti seriem destrui l. 1. §. Item illud sciendum est, ff. ad Sylleia.

Ad Secundum Argumentum, seu secundam rationem, qua dicitur non valere commissionem, quia ex traditione Bullæ aureæ, & secundum veterem morem ac obseruantiam nationis Germanicæ, absente Cæsare prouisio Imperij sit penes duos vicarios perpetuos, & ideo Imperator ius dãdi Iudices nõ habeat, &c. dico, auream Bullam, si rectè eam intuebimur, sub titulo de Iure Comitis Palatini, solùm loqui in casu, quo vocat Imperium, & quando est sine capite, non autem, quando iam prouisum est Imperio de moderatore, apud quem omnis Iurisdictio & potestas est: & sic simus in casu longo diuerso, quem aurea Bulla non exprimit, & ideo cùm ei non conueniant verba legis, nec etiam dispositio. l. Ita autem. & ibi Bar. ff. de administr. tuto. Sunt autem verba attendenda. l. Constitutionibus. ff. ad municipa. l. 3. §. Hæc verba, ff. de nego. gest. l. 1. §. Si is, qui naues, ff. de exe. l. Prospexit, ff. qui, & à qui. 6. q. 3. c. script. Nec est à verbis constitutionis recedendum, l. Ille aut ille, §. Cum in verbis, & l. Non aliter, de lega. 3. Quia ergo aurea Bulla non loquitur in casu, quando prouisum est Imperio de Imperatore, apud quem, etiam si absit, Iurisdictio manet, vt dicit Alex. in d. l. fi. de Iurisdi. Iudi. Certè nec nos dicere debemus, quòd non dixit prætor, ff. de acquir. hæredi.

Morem autem & obseruantiam nationis Germanicæ talem esse, vt ex aduerso prætenditur, quando non vacat Imperium, similiter diffitemur: quinimò, si opus foret, de contrario posset doceri.

Et data, non tamen concessa, prætensa illa obseruantia, nihilominus intelligenda foret secund. dispositionẽ Iuris cõmunis, l. 2. C. de noxa. act. & c. Cũ dilectis, De consuetu. Quo Iure Imperator etiam absens potest delegare causas. d. l. fi. ff. de offi. præfec. vr. vt infrà circa solutionem sexti Argumenti latius dicetur.

Ad tertiam obiectionem, qua dicitur, Dominum Maximilianum ex pacto constituisse, ne fieret aduocatio causarum à Iudicio Cameræ, quòdq; velit causarum expeditioni præbere impedimentum &c.

Dico, fortè non esse os ponere in cœlum, si quis diceret, non obstante hoc pacto Maximiliani, Imperatori nostro liberũ fuisse causas aduocare, cùm pacto antecessoris non fuerit ligatus, secund. Bal. & post eum Iaso. in l. 1. ff. de consti. prin. Sed quia Obijcitur, Imperatorem promisisse, quòd constitutiones retrò Principũ innouare & custodire velit: hæc missa facio.

Et ad hanc diui Maximiliani constitutionẽ, respondeo, quòd malè ad propositum allegetur: Quia dicta constitutio fundamentũ iecisse videtur in l. Vbi cœptũ. & in l. De qua re, ff. de iudi. Quæ leges recipiunt limitationem, ita, vt non procedant, quando causa in vno iudicio cœpta, tractatur in alio iudicio, cõsentientibus
10. partibus. Ita dicit Ab. Panor. in c. vt debitus, in vl. col. de appel. & Alber. Brun. consil. 54. Vnde & dicta constitutio Maximiliani sic limitanda erit, vt intelligamus eam procedere partibus inuitis, vel altera inuita, secus autem si ambæ in aduocationem causæ consentirent, vt suprà probaui. Modo in casu nostro propter

dictam

dictam aduocationem, consensu vtriusque pactis factam, à constitutione Maximiliani perperam recessum fore dici non poterit, per suprà dicta.

Ad quartam obiectionem, qua Imperatorem tempore Coronationis suæ principalis electoribus se aliqua capitula obseruaturum promisisse Procuratores dicti Landgrauij prætendunt, ex hoc inferre volentes, Cæsarem omnem Iurisdictionem à se abdicasse &c. facilis est responsio: Data, cum omnium prætensorum capitulorum promissione: ex hoc tamen illatio, quam faciunt Procuratores ex aduerso, fieri non poterit. Pro cuius clariori ostensione resumenda & examinanda erunt capitula asserte illius promissionis, & diligenter animaduertendũ, an ex vno vel omnibus simul iunctis, hoc, q̃d intendit aduersaria pars, elici aut colligi poterit.

Primò, cùm dicitur Principem pacto spopondisse, quòd auream Bullam, cæteraque Imperij constitutiones innouare velit, &c. Certè per hoc euinci non poterit, Principi, etiamsi extra Germaniam profectus sit, non competere Iurisdictionem: Nec enim aurea Bulla, nec aliæ constitutiones, quantumcunque etiam innouentur, dicunt, Cæsarem absentem non habere Iurisdictionem, quam etiam absens de iure communi habet. vt vult Alex. in d. l. fi. ff. de Iurisd. om. Iudi.

Secundum capitulum est, ne euocet quenquam extra Imperij fines, sed dimittat subditos in Iudicijs ordinarijs, &c. Et similiter non probatur, Principem à se Iurisdictionem abdicasse. Dato enim, quòd Princeps etiam de iure inter subditos Imperij, dum extra Germaniam in finibus Hispaniæ existit, non possit ius reddere (de quo tamen, cùm vtrobique terrendi Ius habeat, propter consiliũ Fran. de Arc. quod est 135. nihil affirmo) Nihilominus ꝓpter hoc nõ ꝓhiberetur causas in Germania tractandas delegare: vt infrà in solutione ad sextam obiectionem probabitur: presertim vigore aduocationis, consensu partium factæ. Differunt autẽ longè euocare aliquem extra Germaniã, & delegare causam alicui in Germania tractandam, vt ex suprà dictis patet. Vnde verba promissionis spectare oportet, l. Stipulatus, ff. de vsur. Nam licet ordinarius subditum extra Territorium euocare, & ibi ius dicere non possit, l. Extra Territorium. ff. de Iurisdict. om. Iud. Nihilominus tamen Iurisdictionem habet, cum possit, extra Territorium existens, causam in Territorio suo delegare, l. fi. 2. responso, ff. de off. Præfec. vr. quod est Iurisdictionis, l. 3. ff. de Iurisd. om. Iudi.

Quòd autem in dicta promissione subijcitur, Principem subditos in ordinarijs eorum Iudicijs dimittere velle: hunc intellectum recipit, ne quid fecit partibus inuitis: aliàs secus, vt suprà ostendi, dum dixi, ita limitari, l. Vbi cœptum. ff. de iudi. nec ex hoc inferri poterit, Cæsarem Iurisdictionem à se abdicasse.

Tertium capitulum est, quòd promiserit Cæsarea Maiestas, se nõ velle contra auream Bullam, ordinationes Imperij, & statutiones erectas & erigendas rescribere, aut aliud, quod grauamen inferat, emittere &c. Per hoc autem similiter Princeps non censetur Iurisdictionem à se abdicasse, aliàs enim sequeretur, quòd etiam citra hominum promissionem Imperator non haberet Iurisdictionẽ, cùm etiam de Iure communi talia rescripta improbentur. l. fi. C. si contra ius, vel vti. pub. l. Lites, C. de transac. & l. Quotiens, C. de preci. Imper. off. cum similibus. Et tamen nemo negat, Principi, licet contra ius cõmune, vel in graue partis dispendium rescribere non velit, nihilominus competere Iurisdictionem. Quinimò per hoc, quòd dicitur promisisse, Principẽ non velle rescribere aliquid onerosum, videtur idem Princeps in alijs sibi laxas habenas reseruasse, l. Commodissimè. ff. de lib. & post hu. & l. Si cum dotem, in prin. ff. solu. ma. & l. Si extraneus. ff. de conditionibus ob cau.

Insuper etiam ex suprà dictis non constat, Principem causam consensu partiũ aduocatam in Germania committendo, ob id quenquã vocasse extra Germaniam, aut contra ius cõmune, auream Bullã, constitutiones Imperij, aut pacta rescripsisse, seu aliquid onerosum mandasse: nisi dicamus, Ius & expeditam Iustitiam ministrare, esse grauamen inferre. Tantum ergò abest, vt dicta capitula, per Imperatorẽ Principibus electoribus promissa, cõmissioni nostræ refragentur, vt etiam per ipsa verius eandem commissionem adiuuari quis dixerit.

Ad quintam obiectionem, quæ fit de duabus constitutionibus: vna supra regimine,

gimine, altera vero pro iudicio Cameræ imperialis, nuper VVormaciæ editis &c. facilis est responsio: tales enim non prohibent, Principem, etiam extra finem imperij agentem, delegare causas. Vt patet in dicta reformatione Iudicij Cameræ, in Rubrica **Rechtlich fürnemmen zc.** versi. **Zum vierten zc.** vbi dicitur: Quod volens Principem electorem, vel allium Principem conuenire, posit impetrare Commissarium ab Imperatore: vel quando Imperator abest, à locum tenente. Per quæ verba cōstitutionis non prohibetur quis etiam ab Imperatore absente, si velit, impetrare Commissarium, in Germania ius ministrantem: cùm verbum (potest) non indicat necessitatem. l. Sæpè, ff. de off. præsid. cum simili. Et videtur
11. fauore subditorum Romani Imperij ita statutum, ne cogantur semper Principem, in remotis degentem inuiti pro quacunque commissione obtinenda adire, cum magnis laboribus, sumptibus, & expensis. Ergò non debet in ipsorum odium retorqueri, quòd non possunt, si velint, l. Quod fauore. C. de LL. Vnde cum dicta constitutio non requirat expresse semper, tempore delegationis, Principis præsentiam, ita, quod si absens dederit non valeat: certè nec nos hæc requirere debemus, l. Gallus, §. Videndum. & ibi Bal. in c. notabili. ff. de lib. & posthu. Nec debemus dicere, quod non dicit constitutio. d. l. Si seruum, §. non dixit Prætor.

Nec est hic sumendum Argumentum à contrario sensu, vbi resultaret absonus intellectus, & correctio legis fi. ff. de off. præfec. vr. & aliarum legum, admittentium, quod Princeps absens posit delegare, l. Conuenticulam. C. de Episcop. & cleri. cum ibi no.

Insuper dato, citra tamen veritatis præiudicium, quòd in dicta constitutione expressè caueretur, Principe à solo locum tenente, Cōmissiones posse impetrari: de cuius contrario constat: adhuc tamen per hæc Imperatori delegandi facultas non esset adempta. ar. l. 1. C. vbi & apud quem. secundū vnam lectu. ibi per Angel. Paul. de Cast. & alios, approbatam, quam legem, iuncta glo. super verb. Solus, inducit ibi Angel. in Argumentum, ad quæstionem statuti, dicentis. Quod
12. de adulterio & furto omnes Iudices Ciuitatis possunt cognoscere. & statuto nouiter facto disponitur, quòd solus Capitaneus cognoscat de furto & adulterio, dicit Angel: Quòd per hoc verbum (solus) non videatur adempta Iurisdictio alijs, dicens, hoc esse notatu dignum, & pro hæc facere iura, per eum allegata. His addo, quòd in generali sermone persona loquentis non continetur, l. Inquisitio, & ibi glo. C. de fideiusso.

Posito autem, non tamen admisso, quòd ex tenore dictarum constitutionum seu ordinationum quomodocunque sumi posit, Imperatorem non posse se de causis, in Imperio ventilandis, dum abest, vel delegando vel alio modo intromittere: de cuius contrario ex supra dictis constat: nihilominus tamen in illis hæc nostra causa non complecteretur, nec veniret.

Primò: quia ex datis dictarum constitutionum & literarum conuentionis, & similiter delegationis apparet, Imperatorem vt Principem Romanum, & ordinarium Iudicem hanc causam, anteà quàm dictæ constitutiones promulgarentur, aduocasse, & commisione consensu partium, quæ spoponderunt, se placitis & coniunctis huiusmodi, quoad processum, decisioni causæ & executioni stare velle. Quinimo & ipsa Cæsarea Maiestas his verbis, **darbey wir auch jede vorgenante partey gnedigklich schirmen vnd handhaben sollen vnd wöllen zc.** pro execu-
13. tione facienda pacto se astrinxit. Hæc eīn verba, **sollen vnd wöllen**/simul iuncta, necessitatem important, sicuti dicimus de verbis possumus & debemus, simul iunctis, c. 1. vt eccle. bene. si. di. con. & Alex. consil. 223. incipien. visis verbis, &c. in fi. in 2. parte. Et ideo dicendum erit, hanc conuentionem, cui authoritas & approbatio. Imperatoris accessit, per huiusmodi generales subsecutas constitutiones nō fuisse deductā in irritū. vt est glo. not. in Cle. dudum, §. fi. in verb. pacta, de sepultur. & ibi Pe. de Ancho. vbi circa fi. videtur in effectu sentire, q etiā simplex pactū, nō
14. confirmatū per Principē, nequeat p ius positiuū superueniens irritari: cùm nō posit tollere pactum ex quo oritur naturalis obligatio. l. Stichum, §. naturalis, ff. de solu.

solu. Nisi sint pacta, quæ concernant spiritualia, vel illis annexa, vt ibi latius per eum.

Secundò, dictum pactum non videtur per subsecutas constitutiones infringi: quia non est simplex, sed qualificatum, propter approbationem Principis, & similiter propter fidem datam, vt dicit Petrus, per Iura ibi allegata. Dispositio enim generalis adiurata non porrigitur, vt ibi dicit Petrus de Anch. & no. in. c. Constitution. de rescrip. Quòd autem hîc Iuramentum censeatur interuenisse pro obseruatione conuentionis, ritè indicant hæc verba, **Haben vnns bey hand gelobten trewen vnd glauben zůgesagt vnd versprochen ꝛc.** Paria enim sunt per fidem & per Iusiurandum promittere, vt est glo. in c. pe. de iureiuran. & Alex. in l. 3. §. Dato. ff. eo. ti. 15.

Tertiò, ob id in suprà dictis constitutionibus hæc causa non continetur: Quia constitutiones illę, cùm generales sint, dant formam futuris negocijs & ad præterita non trahuntur. l. Leges, C. de LL. & c. 2. de constitu.

Nec opus est hîc super eo disputandi prouinciam ingredi, an saltem, quoad ordinationem Iudicij constitutiones ad hanc causam trahantur. De quo apud Moderniores in c. fi. de consti. Cum illa disputatio posset sibi vendicare locum, quando de negocio præterito vel pendenti, quantum ad ordinationem, non esset prouisum per pactum, præsertim iuratum: & vbi generalis statutio nō obtineret vim commissionis, & casus de præterito ex cōmissione speciali legem non haberet. Vt ex suprà scriptis & infrà dicendis constare poterit.

Quartò, ex eo constat, hanc causam in dictis constitutionibus non contineri, quòd commissiones illæ, locum tenenti & Iudicij Cameræ datæ generales sunt: ita enim commissiones appellari reperio in dicta ordinatione Regiminis, in versi. **Vnd dieweil wir ꝛc.** Modò cōmissio causæ nostræ, antea facta, specialis est: ideo per generales commissiones ei non derogatur, c. Studuisti, & ibi no. de. off. lega. 16.

Quintò, quia dictæ ordinationes, quibus cauetur, causas solùm corā locum tenente, vel aliàs, prout in eis disponitur, & non alibi agitari debere, intelliguntur, vt procedant partibus inuitis, aliàs secus: Nam ita limitatur tex. in d. l. Vbi cœptum, ff. de iudi. secund. Ab. in d. c. Vt debitus, in vi. col. & Alber. Brun. consil. 54. De hac autem nostra causa Princeps, consentientibus partibus, se intromisit, vt patet ex his verbis conuentionis, vulgariter, **Der verfassung / sich haben in disem außtrag vnd rechtfertigung bewilligt ꝛc.** Ideò cùm ipse sic causam aduocando & delegando tractare cœpit, & eo ipso aliorum manus ligauit partibus, & acquiescentibus quis dubitabit, quin nō obstantibus, postea subsecutis cōstitutionibus, rei extremā manum & possit & debeat imponere? per suprà dicta.

Sextò, quòd præsens causa in prætactis constitutionibus generalibus non comprehendatur, datur intelligi ex voluntate tam partium, quàm ipsius Principis: Partes enim post promulgationem dictarum constitutionum, vigore specialis commissionis, coram dictis tribus Principibus processerunt, & nunc Princeps, vigore aduocationis supra allegatæ, causam executionis eisdem Dominis Iudicibus delegauit. Quis ergo est tam hebetis ingenij, qui non intelligat, hanc causam in dictis generalibus constitutionibus seu commissionibus minimè contineri, attenta contrahentium mente, quæ ex facto manifesta est? Nihil enim refert, verbo an facto voluntas declaretur. l. De quibus, ibi, nam quid inter est, ff. de LL. Imò facta fortiora sunt ad declarandam voluntatē, quàm verba, c. Dilecti, de appella. & l. Si tamen, §. Ei. ff. de euictio. 17.

Nec quidquam ad rem facit Clausula decreti irritantis, dictis cōstitutionibus inserta: adaptatur enim his duntaxat causis, quas constitutiones, quibus adijcitur, complectuntur, & non alijs ar. d. l. Cancellauerat. & argu. l. Quibus diebus, §. Dominus. ff. de condi. & demon. Et hoc etiam immittitur in ordinationes, pro regimine editas, in versi. **vnnd dieweil wir ꝛc. aber setzen / ordnen vnd wöllen wir / daß die händel vnd sachen / in diser Commißion begriffen ꝛc.**

Sed

Sed obijcit aduersaria pars opposita fronte: Quòd licet causa per sententiam terminata, in dictis constitutionibus seu ordinationibus non fuerit comprehensa, speciali prouisione attenta: longè tamen secus sit in præsenti causa executionis, quæ non posit fieri, nisi causæ cognitione præambula super liquidatione. Et similiter, quia sint nonnulla verba sententiæ, quæ declarationem desiderent. De quibus omnibus nihil ad Principem, cùm in literis conuentionis id ipsum non exprimatur: & ita, cùm sit causa noua, in qua consensus partium cessei, procedi debeat in ea, quemadmodum in dictis ordinationibus disponitur, prout hæc ex aduerso in quadruplicis circa finem principij latius deducuntur.

Ad quam obiectionem dico, hanc causam non posse censeri nouam, sed in dicta aduocatione venire, quodq; coram isto iudice expeditio eius assumenda sit, tum quòd alius se propter appositionem manus Imperatoris de ea intromittere non potest: tum quod imploratur Officium eius, tanquam Iudicis delegantis nobile, quod venit in consequentiam primæ condemnationis: & ideo debet ab eodem Iudice expediri, l. Nulli. C. de iudi. Hæc sunt verba Bar. in d. l. à diuo Pio, §. primo, ibi, sed oppo. &c. vel secundum eundem Bar. ibi, istud officium competit ex æquitate, vt sit finis litium. l. Terminato. C. de fruct. & li. expens. quæ

18. æquitas cessat in alio Iudice, hæc ille. Hinc fit, quòd quando coram eodem Iudice, qui pronunciat, petitur executio, implorato officio eius nobili, non est opus libello, litis contestatione, seu alia obseruatione ordinis Iudiciarij, sufficitq; cognitio summaria: nec tunc hoc, quòd sic via executoria coram eodem Iudice, officio eius implorato, agitur, speciem futuræ litis præ se fert: quia tractatur de sententia exequenda, non de causa ventilanda. Secus autem per omnia, vbi coram alio Iudice actione in factum ageretur: tunc enim requiritur libelli oblatio, litis contestatio, & ordinis Iudiciarij obseruatio, & id, quod ageretur specie futuræ litis &c. C. de edendo. Et lis ex prima litis materia oriretur: de quo lex indignatur, d. l. C. Terminato, & c. Cùm olim, De ver. sig. prout hæc omnia diffusius ponit Specul. in ti. de sen. execu. §. Breuiter. quem sequitur Bar. in l. intra dies, ff. de re iudi. & dicit ibi Imol. opinionem Bar. esse communem.

19. Adde prædictis, quod dicit Bal. in Auth. Sed omnia, c. Ne vxor pro mari. in pe. col. quòd in executione non litigatur, sed litigatum petitur. Et idem Bal. consil. 393. in 2. lib. dicit, aliud esse petitionem condemnationis, & aliud petitionem executionis.

Quia ergò generosi Comites pro obtinenda executione sententiæ latæ, duplici via vti possunt: vna, quòd petant executionem sententiæ, implorato officio Iudicis, qui pronunciauit, vel causam delegauit: & altera, quòd agant actione in factum, vel coram illo, vel alio Iudice, vt dicit Specula. in d. §. Breuiter, & Bar. Imola, & Alex. in d. l. Intra dies, & Lanfranc. in repetitione. c. Quoniam contra falsam, De proba. super verbo interlocutoriæ, & appellationes. Et consilium est DD. in iam allegatis locis, quòd imploretur officium Iudicis, vt sit finis litis. Non video, quid obstet dictis Dominis Comitibus de N. quo minus posint ipsi consilium Doctorum huiusmodi subsecuti, eligere viam faciliorem, & implorare officium Imperatoris, tanquam Iudicis delegantis: quod venit in consequentiam prioris condemnationis, vt suprà dictum est, vt tandem post longam fatigationem liti finis per summariam cognitionem sine solenni processu & obseruatione ordinis iudiciarij imponatur.

Sed adhuc latius opponit aduersaria pars, suprà dicta procedere in executio-
20. ne facti, quando res causæ cognitionem non desiderat. Vbi autem aliquid venit liquidandum vel declarandum, vt in casu nostro, necesse sit, anteaquam executio petatur, vt fiat liquidatio, ita, quod iam non sumus in terminis executionis, sententia nondum liquidata: per hoc quod dicit Bar. in l. Proinde, §. Notandum. ff. ad l. Aquil. & Do. Iason tenens (vt ipse dicit) contra communem in l. 1. ff. de eden. in 4. col. versic. Quarta conclusio. Quo casu videtur, quo ad liquidationem, opus

opus esse libello, litis contestatione, ac obseruatione ordinis Iudiciarij, secund. Bar. in l. 3. versic. sed qualiter liquidabitur. C. de pigno. Et ita videtur hæc causa noua ex mente Specul. in dic. §. Breuiter.

Ad hanc obiectionem Responsio est euidens, si adhibuerimus distinctionem Causarum: Hac enim habita, elucescet veritas. Nam qui benè distinguit, veritati proximus est, vt dicit Sali. in l. Filiæ. C. famili. Hercis.

Vnde ad rem nostram dicò, quòd hic sumus in executione sententiæ latæ in Iudicio vniuersali. Quo casu potest peti executio sententiæ non liquidæ, & postea in ipsa executione fiet liquidatio. Ita dicit Bar. in l. 1. ff. de eden. & ibi Do. Iason recitat multos, qui secuti sunt Bartolum, dicit, illam opinionem esse communem.

Sed quid respondebimus ad hoc, quòd Bar. sibiipsi contrarius in d. l. Proinde, §. Notandum, ff. ad l. Aquil. dicit, Quòd statutum dans executionem instrumentorum, intelligatur de liquidis, non autem de continentibus incertum: quia tunc non sit statim petenda executio, sed potius declaratio Iuris incerti, in Instrumento contenti fieri, & postea executio peti debeat, per casum expressum in d. §. Notandum &c. Ad hæc dico, quòd Bar. in eodem §. Notandum. & Do. Iason in allegata l. 1. tenenda, ibi contra Bar. & communem, loquuntur de Instrumentis non liquidis, ex eo, quia continent Ius incertũ particulare: quo casu non potest peti executio, ita ꝙ fiat liquidatio in processu, sed inprimis debet fieri liquidatio illius Iuris: & liquidatione facta, tunc demum executio subsequi. Fundamentum enim Bart. est in tex. d. §. Notandum, qui loquitur in Iure incerto, singulari, seu particulari, vt ibi patet. Dicta autem Bartoli in l. 1. de legati. 2. & in l. 1. ff. de eden. & in l. Defensionis facultas, C. de Iur. fis. lib. 10. procedunt in sententijs latis in Iudicibus vniuersalibus, intelligendo Bar. secund. Iura per eum allegata, & fieri debet, vt dicit idem Bar. in l. Non solum. §. Si liberationis, ff. De libe. lega. Nam glo. in dicta l. 1. de eden. loquitur in sententia lata super iudicio, in quo vniuersum patrimonium petebatur. Et ita in Iure incerto vniuersali, quo casu prius poterit peti executio, ita, ꝙ in processu fiat liquidatio. Hanc differentiam & concordiam dictorum Bartoli, & aliorum Doctorum pulchrè docet Ludo. Roma. consil. 211. incipien. allegationes Doctoris eximij &c. in versi. Quo ad vltimum, in vl. col. quã sequitur etiam Do. Philipp. Deci. consil. 322. versic. tertiò responderi potest, in 1. parte & Do. Soci. consil. 59. incipien. Dubium est apud Doctores, in 3. parte. Et practicã vtriusq; etiã ponit Do. Anto. de Canario, in tractatu suo de execu. instrumentorum, in 14. q. dicens, se illam practicam, quòd executio petatur, & in ipso processu executionis petitæ fiat liquidatio, plus laudare, & quòd præualeat in obseruantia, quodq; vtroq; casu dentur pro liquidatione articuli, nec sit opus libello, litis cõtestatione, & alio ordine iudiciario, sed procedatur summariè secundum formam. l. A diuo Pio. §. Super rebus, ff. de re iudi. Sicut fit secund. eum, in executione sententiæ latæ in iudicio vniuersali, vt no. in d. l. 1. ff. de eden. secund. Bar. in l. 2. C. de sen. quæ si. cer. quan. prola. & in l. Si cum exceptione. §. Hæc autem actio. ff. ꝙ me. cau. & Bal. in l. 2. C. de exceptio. rei iudi. vbi dicit, quòd Instrumentum non liquidum contineat obligationem velatam, quo potest detegi tam testibus, quàm instrumentis. De quo apud d. Anto. de Canario, in suprà allegato tractatu latius. Hinc etiam dicit Ab. Panor. in c. 2. de libelli ob. Quod si in iudicio vniuersali Iudex declarauit me hæredem, sufficiat mihi probare, res à te possessas fuisse in bonis defuncti, & in eis mandabit sententiã executioni, etiamsi id non probauerim pẽdente lite, sed post sententiam probo quodam extraordinario modo. Nam petam sententiam executioni mandari in his rebus, etsi ille negauerit illas res fuisse in hæreditate, ego probabo arg. ff. de re iudi. l. à diuo Pio, §. Si super hæc. Ab. in d. c. 2.

Nec obstat, quòd Bar. in d. l. 3. C. de pigno. dicit, In liquidatione opus esse libello, litis contestatione, & ordine iudiciario: quia dictus Anto. de Canario in

præallegato suo tractatu in 14. q. dicit: hoc dictum Bar. in d. l. 3. C. de pigno. procedere in obligatione deducenda ad esse, per liquidationem: verbi gratia. Promisisti mihi non venire contra promissionem certam sub pœna mille: nam non possum petere executionem ad mille, nisi liquidetur, & probetur te venisse contra promissionem. Certè ad liquidationem seu probationem huiusmodi, quòd veneris contra promissionem, requireretur libellus, litis contestatio, & sententia, per quam obligatio per iudiciarium ordinem liquidata deducatur ad esse: secund. Bar. in d. l. 3. C. de pigno. versic. sed qualiter liquidabitur. Quando autem non sumus in obligatione pura, ad esse deducta, sed in liquida, tunc supradicta procedunt, vt non sit opus libello, nec litis contestatione, aut processu ordinario, vt suprà latè dictum est.

Præterea per hanc liquidationem rerum, quæ prætenduntur fuisse in hereditate, super quibus sententia lata est, per rerum naturam certū existit, l. cùm ad præsens, & l. respiciendum. ff. de re cre. & si cer. pe. vnde per liquidationem eius, quòd sic apud nos iam incertum & velatum est, nihil non fit, sed hoc quod est detegitur, sicut dicimus in executiente spicas: vt est tex. in l. adeo. §. cùm quis. ff. de acquir. re. do. ibi, cùm enim grana, quæ spicis continentur, perfectam habeant suam speciem, qui excussit spicas, non nouam speciem facit; sed eam, quæ est, detegit.

Similiter non potest causa noua censeri, quòd dicitur, opus esse declaratione illorum verborum, **Auch güter/dero weibliche bild nit vehig sein.** Quia illa verba, cum sint clara, nullam declarationem exigunt.

22. Etsi opus esset declaratione: tamen per eam similiter nihil noui fieret. Declarās enim nihil addit. l. hæredes palàm, §. 1. & versic. sed & si notam. ff. de Testa. & d. l. adeo, §. Cùm quis, in fi. Hinc etiam dicit Bal. in l. Cum Testamento. C. de testa. manumis. quòd declarans non disponat aliquid, sed quid in pacto actum sit, ostendat. sic ff. ad l. Aquil. l. huic scripturæ. §. pe.

Ex quibus omnibus manifestè deprehenditur, præsentem causam executionis non esse nouam, nec ostendere speciem futuræ litis, cùm cognitio summaria sine solenni processu sufficiat; apparetque euidenter, nos esse in terminis executionis, nondum facta liquidatione, quæ in processu, quodam extraordinario modo (vt verbis Abbatis vtar) fiet: & per consequens nihil impedimento esse Cæsareæ Maiestati, quin virtute ordinariæ iurisdictionis executionem facere, & causæ cognitionem adhibere, vel talem dictis tribus Principibus delegare posit, per supradicta.

Et id quidem eò magis, quòd Princeps etiam superabundantem executionem sibi expressè reseruauit, per hæc verba, **Darbey wir auch jede vorgenante parthey gnädigklich schirmen vnd handhaben sollen vnd wöllen rc.** & quòd ijs verbis etiā veniat cognitio, quam potest habere Iudex circa res in executione: vt habetur in d. l. à diuo Pio. §. Si super rebus ostenditur.

Præterea, quid Princeps in reseruatione executionis etiam de cognitione, quę in ea requiritur senserit, suadet subiecta materia. Non enim ignorauit Princeps, vt ex narrationis verbis dictę conuentionis, vulgariter, **verfassung**/liquet, actum esse petitione hæreditatis, & proinde Iudices delegatos, si eos sententiam pro Actrice ferre contigerit, verisimiliter sententiam petitioni conformem, & ita incertam laturos, quæ desideratura sit liquidationem, & ex consequenti cognitionem in executione: per no. in l. 1. C. de eden. Talem ergo executionem, quæ sine cognitione adhibenda in liquidatione confici non potest, videtur sibi reseruasse, arg. l. 2. de iuris. om. iud. & l. ad rem mobilem, & l. ad legat. ff. de procura. Et hoc, vt dixi, suadet subiecta materia, secundum quam verba sunt intelligenda d. l. quibus diebus, §. Dominus, de condi. & demon. & l. Si vno, in prin. & ibi Bar. ff. de loca. & conduc.

Insuper quòd Princeps, reseruando sibi executionem, etiam cognitionem, quę in ipsa requiritur, sibi reseruasse intelligatur, facto Principis declaratur eo ipso, quod iam etiam cognitionem dictis tribus principibus commisit; Quomodo enim

talem, nisi eam habuisset, potuisset cōmisisse : Car. d. l. Obseruare. §. Post hæc, de off. procon. & lega. Nemo autē est, qui nesciat, etiam facto, nedum verbis mentem declarari, Iuribus suprà allegatis. Quibus addo Raphael. Fulgos. consil. 14. in 4. col. vbi dicit, nihil referre, an voluntas, quæ est animi intrinseca passio, verbis, an alijs quibusdam demonstrationibus, quæ tantundem præstent, foris aperiatur: quoniā mutua vice fingantur res, q̄ tantundem præstent. ar. l. Certum. ff. de re. cre. Si ergò in dictis verbis, **Darbey wir auch jede parthey schirmen vnd handhaben sollen vnd wöllen** ꝛc. aliqua foret ambiguitas, num de nuda executione facti tantum, vt aduersaria pars prætendit, vel etiam de cognitione, quæ in executione venit, Imperator senserit: tunc satis de facto Imperatoris ista verba talem acciperent interpretationem, quòd etiam veniat cognitio, quæ vt præmittitur, etiam dictis principibus demandata est. Sicut enim verbum non est dubium quod lex declarat, vt d. glo. in l. Qui lancem. ff. de aur. & argen. lega. ita etiam verbum non est dubium, quòd Imperator, qui est lex animata in terris, vel verbo, vel facto, aut quauis alia demonstratione satis declarat, iuribus suprà dictis. Et quòd in hoc Principis declarationi standum sit, tenet Philipp. Deci. consil. 114. in pc. col. in 1. parte. Debet quoq; talis declaratio Principis ad tempus aduocationis & delegationis, seu ad tempus, quo literæ cōuentionis, vulgariter, **der verfassung**, expeditæ sunt, referri: vt inquit Paul. de Cast in d. l. Hæredes palàm, §. 1. Si quid. ff. de testa. vsq; adeo, quòd vnà cum dictis literis conuentionis, in quibus reseruatio continetur, manasse fingitur. Ita Paul. de Cast. refert, dicere Io. An. in addi. & Specu. in ti. de testa. §. Videndum &c. super verbo similibus. 13.

Sed quia, vt suprà probaui, Princeps etiam citra vllam reseruationem, vt Iudex habet, & executionem facti, & cognitionem, quæ in ea requiritur, frustrà super ea disputatur an iure, seruatione Executionis, quam ex superabundanti Princeps fecit, cognitio veniat, nec ne.

Ex quibus omnibus non vulgaribus fundamentis certo certius est, Cæsaream Maiestatem hanc executionis causam eo modo, vt tenor commissionis habet, delegare potuisse dictis constitutionibus, & alijs in contrarium adductis, quæ ad rem non pertinent, minimè refragantibus.

Sexta aduersarij obiectio ex suprà dictis satis confutata est. Nemo enim ex eruditis ambigit, Iudicem extra Territorium existentem habere nihilominus iurisdictionem, saltem habitum, ad quod sæpius allegaui. Alex. in d. l. fi. de iuris. om. Iud. & ex consequenti ipsum, dum abest, delegare posse. d. l. fi. secundo Responso, de off. præfec. vr. Circa quem tex. Bal. dicit: potius attendendum esse locum, vbi actus fit, quàm, vbi mandatur fieri, l. Vt si proponitur, ff. de fideiusso. Pro hæc (meo iudicio) etiam facit glo. magna in Cle. 1. vt li. penden. volens, quòd renunciatio, facta in certo loco de mandato clerici, alibi existentis, dicatur facta in loco, vbi fit, non autem vbi mandatur fieri. Quam glo. Feli. in ca. fi. De foro compe. in 5. col. dicit esse auream.

His addo dictum Bal. in l. Multum, in pe. col. C. si quis al. vel si. Dicentis: Quòd si existens hic, vendidit Bononiæ per nuncium, vel epistolam Titio, dicatur contractus celebratus in loco emptoris.

Textus autem in d. l. Territorium, pro contrario allegatus, procedit in ijs, quæ exigunt causæ cognitionem, & quæ non possunt confici, nisi Iudice sedente pro tribunali. Vnde licet delegare sit iurisdictionis, d. l. 3. de iuris. om. Iud. tamen quia delegationis nō sunt de processu, nec de actis, quia fiunt sine causæ cognitione, vt dicit Anto. post alios in d. c. Quoniam contra falsam, De proba. in 5. col. possunt extra Territorium expediri, secund. Abb. post alios in c. Nouit, de off. delega. Et hac ratione dicit etiam Iason. in d. l. fi. in secunda fallentia, De iuris. om. Iud. Iudicem, extra Territoriū existentem, posse causas delegare: quia (inquit) non vertitur in hoc causæ cognitio. 14.

25. Septima prætensa ratio seu obiectio pro eneruanda commissione similiter nihil pugnat, cum commissio non contineat clausulas, à iure exorbitantes. Hoc enim, quòd commissa est causa, appellatione remota, iuris communis dispositioni non refragatur. Sic enim dicit Tex. in l. 1. ff. à qui. ap. non li. §. fin. Interdum Imperator ita solet Iudicem dare, vt non liceret ab eo prouocari, vt scio sæpissimè à diuo Marco Iudices datos, hęc ille. Potest ergò Imperator ex causa inducere, vt appellare non liceat, sicuti disposuit in præfecto prætorio & in senatu, d. l. 1. ff. à qui. ap. nõ li. & l. vnica. C. de sen. præfect. præto. Videtur enim Princeps confidere in delegatum suum, adeo, vt arbitretur, eum ita rectè iudicaturum: sicut ipsa verba sunt Abb. in Rub. de appel. & Feli. in c. quę in Ecclesiarum, De consti. 17. col. Et vt taceamus alias causas, quæ in Principe præsumuntur, hac iusta causa videtur motùs esse Princeps, quòd voluit litis anfractus amputare: quia in principio literarum conuentionis narrat causam istam, tam corã nouem consiliarijs Landgrauij, quàm coram iudicio Cameræ bono tempore pependisse: & ideò se effecisse, vt partes in formulam quandam breuioris processus consentirent. Præterea & in literis commissionis hæc verba ponuntur, **Vnd nachdem wir wahr wissens tragen/daß die hauptsach etwa vil jar in rechtfertigung onentschaiden geschwebt hat/ vnd in der auffgerichten verfassung sonderlich versehen ist/ das ewer gesprochen vrtheil ohne weytter wegerung volziehung geschehen soll: So befelhen wir euch weiter mit ernst / vñ wöllen daß jr/wie obgerürt/ in gedachter Execution/ Declaration/Liquidation / vnd in jren anhangenden sachen fürderlichen/summariè vnd ohne weitter verlengerung procediert/ auch alle verzogne Exception vnd außzüge hindan setzt/vnd abschneidt/ꝛc.** Per quæ verba videtur fuisse de mente Principis, omnino voluisse, vt liti finis imponeretur. Quam causam Abb. in d. Rub. de appell. iustam causam submouendæ appellationis censuit.

Insuper dicta verba Abb. & Feli. quòd videlicet Princeps committendo causam, remota appellatione, videatur adeò confidere in delegatum suum, vt arbitretur eum rectè iudicaturum, omnium proculdubio, qui veritatem amant, iudicio optimè ad nostros delegatos adoptari poterunt, qui pro ipsorum doctrina, experientia vel integritate, ab initio & Imperatori & partibus idonei visi sunt, quibus principalis controuersiæ æqua lance dirimendæ cura crederetur. Idem etiam dicit Feli. in c. 1. de rescrip. & vult per hoc, quòd tollitur appellatio, non tolli defensionem: quia (inquit) præsumitur, quòd Princeps causando delegato tantum confidat, quantum de se ipso. subiungens ibi, quòd Philipp. de Franc. in c. Pastoralis, in prin. in 13. col. De Appell, non putat, hoc casu defensionem sumi, vt sumitur in Cle. pastoralis, de re iudi. sed tanquam inductam à iure Ciuili: sicut & recusatio, quam Princeps tollere potest, secund. eum, de quo in d. c. 1. de rescrip. Latiùs per Feli. vbi sentit, istam opinionem esse communem, remittens se ad ea, quæ dixit in c. cum inter, De excep.

Præterea & secundò, quantum ad hoc, quòd in commissione rescribit Princeps, quòd delegati, resecatis Landgrauij exceptionibus, procedere debeant, dicta commissio similiter à iure non exorbitat: quia si debitè rem expenderimus, videtur Imperator de exceptionibus duntaxat expeditionem causæ remorantibus sen-
26 sisse, vt hæc verba videlicet, **alle verzogne außzüg/ꝛc.** apertè iudicant. Quod quidem absonum, aut iuri contrarium censeri non poterit, cùm etiam quisq; Iudex, videns, vel vehementer præsumens exceptiones (etsi legitimæ aliàs sunt) remorandæ litis gratia opponi, poterit illas refellere. Ita voluit Inno. in c. post electionem, De conces. præben. Idem sentit Abb. Sic. in c. pastoralis. §. quia vero, eo. ti. Hinc dicit glo. in c. super eo, De offi. delega. Quòd si quis interponat appellationem, & præsumatur, quòd malitiosè hoc fiat, vt quia impedire velit executionem, Iudex non debet audire appellantem.

Ex quibus apparet, frigidam, & parùm ex iure esse allegationem aduersæ par-

tis;

tis, contendentis, dictas clausulas exorbitare: cùm liqueat, eas pro celeriori expeditione causæ fuisse adiectas, & Principẽ tali iusta causa motum hoc ipsum facere potuisse: in quo præsumitur veritas & potentia faciendi, vt inquit Bal. consil. 277. in 3. lib. & qui non concedenda non concedit, vt idem Bal. in præludijs feudorum dicit, in 9. coll.

Esto autem, non tamen admisso, quòd dictæ clausulæ à Iure exorbitarent: nihilominus tamen, cùm residuum, reiectis etiam istis clausulis, foret vtile commisso, quo ad alia valeret: separatorum enim separata debet esse ratio. l. fi. ff. de calumni. & cùm sumus in separabilibus, vtile per inutile hoc casu non vitiaretur, l. Sancimus. C. de dona. & no. per Bar. in l. Græce, §. Illud, ff. de fideiusso. Fa. l. Si sponsus, §. Generaliter, ff. de do. in. vir. et vxo. Ita in simili argumentatur Iason in l. si ex falsis, C. de transact. quòd in instrumento falso in vna re vel capitulo non fiat extensio ad capitula discreta, dicens: quòd eodem modo surreptio in vna parte, &c. scripti vitiet rescriptum: nisi in illa parte, & non in alijs, &c. per tex. in c. Si autem aliquis, De rescrip. quem ad hoc dicit commendari per Panor. in c. Sedes, & in c. Cæterũ, in 2. coll. de rescrip., cum alijs iuribus: imò plus dicit tenore Anto. de Butr. in c. Exhibita, ad fi. De iudi. Quod si inter plura copulatiuè narrata est vna pars falsa, non vitiatur totum rescriptum, nisi super ea totum rescriptum sit fundatum. 26.

Ad octauam & vltimam rationem, quam Procuratores ex aduerso persuadere conantur, debuisse Principem contra ius, constitutiones & pacta rescribentem adiecisse clausulas derogatorias, per quas de intensione sua constaret, per no. in l. fi. C. si con. ius vel vti. pub. Respondeo: ex superioribus manifestissimè liquere, & ante oculos positum esse, nihil indulgentissimum illum, ac omni æuo celebrandum Principem egisse, quod iuri communi, aut suis, vel retrò Principum cõstitutionibus, seu pactis vel in modico aduersetur: & proinde nulla derogatione opus fuisse. Nec si in dubio versaremur, quidquam tale de Principe præsumendum foret, arg. c. Non nos. & ibi glo. 40. dist. cùm sit iuris religiosissimus, l. Vnũ ex familia. §. fi. de lega. 2. & in eo omnis cesset suspicio, l. 1. ff. ad l. Iuli. de ambi. in quo etiam semper præsumitur veritas & potentia faciendi: secundum Bal. in d. consil. 277. in 3. lib. Per no. in Cle. 1. de proba. & c. 2. in l. Rescripta, C. de precib. Impe. off. nec præsumitur concedere non concedenda. Allegaui suprà ad Bal. in prælu. feu. in 9. col.

Sed quia ex suprà dictis certò constat, Principem ratione transgressionis pactorum aut constitutionum, non posse insimulari, nullus est in claris coniecturæ locus. l. continuus. §. cùm ita in fi. ff. de ver. ob.

Ex quibus omnibus in confesso est, commissionem Imperialem ab omnibus telis & iaculis, in eam nullo iure suffragante torsis, ita omni ex parte defensatam forę, vt reuerendissimi Domini Commissarij ea, tanquam legitima, freti & possunt & debeant expeditioni causæ pro Iustitia tutò sese accingere, & eam longa hactenus expectatione desideratam partibus ministrare: frustratorijs illis argumentationibus, quas ex iure non esse ostendi, minimè attentis.

Consequenter ex aduerso deducitur, quòd supposita validitate commissionis, Dominus Landgrauius in Oppido A. quod vltra vnam dietam distet à fine Territorij eius, comparere non teneatur.

Ad quod respondeo in primis, illam exceptionem ineptè oppositam esse, cùm c. Nonnulli, extra, De rescrip. & c. Statutum eti. li. 6. de duabus & vna dietis loquentia: in quibus fortè aduersaria pars fundamentum prætensæ suæ exceptionis locare conatur. Non dicunt de locis, vltra duas olim, & hodiè vltra vnam dietam à fine Territorij citati, sed à fine diœcesis distantibus. 27.

Præterea si exceptio esset aptè proposita: tamen aduersario nihil suffragare-

tur. Quia cùm Imperator in toto imperio omnem iurisdictionem, & eius exercitium habeat, vt suprà ostendi, nec potestas eius per numerum dietarum vlla lege coartata aut restricta sit, quin possit in Imperio liberè Ius dicere: certè idem in eius delegatis dicendum erit. Vbi enim potest quis conueniri coram delegante, ibi etiam coram delegato conueniri poterit, c. Dilecti, de for. compe.

Addo etiam, hucusque in Curia Imperatoris ita obseruatum esse, quòd causæ consueuerunt per maiestatem Imperatoriam passim in Imperio delegari, non considerato numero dietarũ à finibus Territoriorũ, vel Diœcesium. Hoc ergò sequendum erit, quòd vsus Curiæ Imperialis hactenus comprobauit, l. Si de interpretatione. ff. de LL. Talis enim stilus Ius facit, & licebit nobis à communi vsu & practica argumentum sumere, vt probat latè Io. de Platea in §. fi. Insti. de satis. Et quia de hoc vsu Curiæ constat notoriè, sufficit eum allegasse. vt no. Alexan. in l. 1. C. vt quæ desi. aduo. par. iud. sup.

Præterea & locum tenens Cæsareæ Maiestatis, qui habet generalem causarum commissionem: & similiter Iudices Iudicij Cameræ consueuerunt in certo loco Imperij residentes, passim omnes Imperij subditos, nulla dietarum consideratione habita, ad se citare: vt est manifestum & notorium.

Et procedunt, c. Nonnulli, & c. Statutum, de iure Canonico, & in foro Ecclesiastico: non autem de iure Ciuili & in foro seculari: ne dicamus ius Ciuile, quòd Imperatori, & his, qui eius vice funguntur, dictam non præscribit recipere correctionem à iure Canonico. Sicut & aliàs dicimus dispositionem d. c. Statutũ, in hoc, quod voluit, causas à sede Apostolica personis in dignitate non constitutis, non posse committi, etiam de iure Canonico non procedere, quando Papa causam inter laicos delegaret. Ita dicit Philipp. de Franc. in c. Sua nobis, de ap. re. idem. c. Sua nobis: vt ibi latiùs per eund.

Præterea etiam, quantum ad hoc d. c. Statutum, De rescrip. de iure Ciuili indistinctè non recipitur: cùm passim etiam priuatis causæ delegari possint, l. fi. §. 1. ff. de of. ei. cui man. est iur. De quo per Do. Iason latius in d. Rub. eiusdem tituli.

His accedit, quòd d. c. Nonnulli, etiam in iure Canonico non procedit in ordinarijs: sed solùm in delegatis à sede Apostolica, vel legatis eius. Ita dicit Specu. in ti. de Cita. §. Contra. versi. illud quoque, ponderando verba Tex. in d. c. Nonnulli. ibi, per literas Apostolicas.

Idem tenet Maria. Socci. in dic. tractatu de Cita. ar. 18. q. 6. Vbi in Responsione ad quæstionem: vtrum quis possit citari ad locum minus longinquum: ibi formatam, sic dicit: Hæc quæstio nõ procedit in ordinario: quia ordinarius potest citare subditum ex quocunque loco, etiam satis longinquo, & ad quemcunque locum siue iurisdictionis, quantumcunque longissimum, dummodo aliud Canonicum non obsistat. Sed procedit quæstio respectu Iudicis delegati Apostolici, de quo dicendum est, vt traditur in c. Nonnulli, De rescrip. & ibi per DD. & in c. Statutum, De rescr. lib. 6. & per Specula. & Io. An. in addi. in ti. de citati. §. Contra citationem, in princ. per vnam columnam, & vltrà. Hæc ille Soc. in præallegato loco.

Addo his, quòd Do. Philipp. de Franc. in d. c. Sua nobis, de ap. dicit, quòd etiã dispositio dicti c. Statutum, non habeat locũ in delegatis de latere, allegat pro hoc glo. ordinariam, & (vt ipse dicit) singularem in Cle. 1. de rescrip. super verb. legatorum. Cùm ergò per d. c. Statutum, quantum ad alios ordinarios, & ipsorum delegatos nihil sit immutatum: cur in Imperatore & delegatis ab eo statutionẽ illam recuperamus? quod enim non mutatur, cur stare prohibitur? l. Præcipimus, in fi. C. de appel.

28. Secundò prætendit Dominus Landgrauius, quòd etiam data validitate commissionis, in Oppido A. comparere non teneatur: cùm non pateat ad talem locum Iudicij tutus accessus. Quæ quidem exceptio satis legitima videtur, Cle. pastoralis, §. Notarium. ibi, Pisanaque ciuitas, De re iud. & no. in c. Accedens, vt lite non contest. Angel. in l. 2. §. quòd diximus, ff. Si quis cautio. & in l. 1. eo. ti. vbi dicit: quòd nemo cogatur ire per loca insidiosa.

Sed

Sed dico, eā Procuratorib. ex aduerso proficere nō posse: apparet .n. allegationē loci non tuti, fieri solum propter loca, per quæ ad iudicij locum eundum est: non autem propter Iudices seu ipsorum familiares, aut propter horrescentiam partis sibi aduersariæ. De quibus omnibus latè per Feli. in d. c. accedens. & per Maria. in præallegato tractatu suo, articulo 18. q. 5.

Vnde, quantum ad rem nostram attinet, videtur dicta exceptio ineptè: & eo modo proposita non concludit.

Primò: quia Procuratores opponendo huiusmodi exceptionem nimia generalitate persistunt. Debuerunt enim specialius expresisse, cum quibus Domino Landgrauio essent inimicitiæ capitales. Ita sentit Bar. in l. De ætate. ff. ad Trebel. & Philipp. de Franc. in c. Ex parte, De appel.

Secundò: quòd prætensa illa exceptio, ratione itineris non tuti, ineptè proposita sit: cùm sit notorium, per diuersa loca iri posse ad oppid. A. vnde & concluderet exceptio, fuisset opus deducere iter vndiqꝫ non esse tutum, & ita ab inimicis moliri insidias, vt non pateat aliquis locus, per quem ad locum iudicij securè posset perueniri. Ita dicit Maria. in d. contractu suo, de Cita. articulo 18. q. 5. versi. Adde tamen. Nimis verba subijcio. Adde tamen (inquit) quia (vt suprà dixi in d. c. Accedens) si accessus ad illum locum esset multiplex: non sufficeret probare vnum accessum non esse tutum: sed esset necessarium probare, quòd nullus accessibus esset tutus, aliâs probatio non concluderet necessariò, quòd nota pro cautela retinenda in practica, siue fueris Actor siue reus, vt scias articulare. Hęc ille.

Quia ergo Procuratores Domini Landgrauij, tum in hoc, tum in alijs multis, in practica minus experti (id quod cum veniæ præfatione loquor) exceptionem de loco non tuto, nimis generaliter & ineptè, ac taliter opposuerunt, quòd ex causis suprà dictis excipientium intentionem necessariò non concludit, non videntur dicti Procuratores Dño Landgrauio hac exceptione fructum attulisse: Debet enim exceptio ita necessariò concludere, sicut actio: alioquin generaliter & ineptè excipiens succumbit: quemadmodum & ineptè agens, secund. Bar. in l. Si quis libertatem, in 4. col. ff. de peti. hære. & idem Bar. in l. 1. ff. de excep.

Taceo, quòd Dominus Landgrauius est Princeps potens, cui à latrunculis (ita enim tex. in l. Hostes. ff. de capti. & postli. reuer. eos appellat) non est pertimescendum, ita quòd omni metu abiecto, ad iudicij locū tutò possit peruenire. Vel saltem in tali loco habere Procuratorem, prout & habere tenetur, cùm id commodè possit fieri, vt no. Docto. in c. Ex parte, de ap. et per Feli. in d. c. Accedens, vt li. non conte. etiam si causa ardua foret, quando in consistorio Principis agitur, vt tenet Iason in l. 2. §. Si in iudicio, ff. si quis cautio. circa fi. Sed quia suprà dicta pro refellenda hac exceptione sufficiunt, hæc latius non examino.

Quare puto, partes Dominorum iudicum fore, vt suprà dictis prætensis exceptionibus, q̄ nullo iuris fundamento fulcitæ sunt, minimè attentis, pronuncient iuxta petitionem Dominorum de N. se fuisse & esse in causa præscripta, & inter partes suprà nominatas, vigore dictæ commissionis imperialis, iudices competentes: ipsisqꝫ sic iurisdictionem competijsse, & competere: atqꝫ dictis frustratorijs exceptionibus non attentis, in hac executionis causa ad vlteriora procedendum fore, Dominum Landgrauium dictis Dominis de N. in expensis, occasione huiusmodi illegitimarum exceptionum, passis condemnando, vt fieri debet, l. Non ignorat. & ibi Paul. de Castro C. de fruc.

In eadem causa in contrarium: vbi etiam de potestate Imperatoris tractatur.

SVMMARIA.

1 *Stipulationes an ſint ſeruandæ, & quid oriatur ex illis?*
2 *Compromiſſum, ſi ab vtriſque compromittentibus fide præſtita firmatur, habet vim iuramenti.*
3 *Diſputare de poteſtate Imperatoris eſt crimen ſacrilegij.*
4 *Imperator eſt cauſa cauſarum.*
5 *An Princeps ſiue Imperator aliquid ſuper ius, cõtra ius, & extra ius poßit?*
6 *Imperator ſolutus eſt legibus.*
7 *Imperator an per reſcriptum exceptionis declinatorias tollere poßit?*
8 *An Imperator cauſam, abſq; proceſſu & figura Iudicij, delegare poßit?*
9 *Leges nouißimæ tollunt priores cõtrarias, etiamſi in ipſis de prioribus nulla fit mentio.*
10 *An Imperator cauſas, remota appellatione, delegare poßit?*
11 *An ſolus Princeps poßit contra Iura reſcribere?*
12 *Iudex ordinarius an ſententias arbitrorũ & delegatorum Iudicum exequi, & mandare executioni poßit?*
13 *Compromiſſa ſunt ſtricti Iuris.*
14 *Arbitri de præſentibus duntaxat, & non de futuris, aut ex eis deſcendentibus cognoſcere poſſunt.*
15 *Arbiter tempus in cõpromiſſo expreſſum, præter conſenſum compromittentium, prorogare non poteſt.*
16 *In compromißis ea duntaxat comprehenduntur, de quibus ſigillatim actum eſt. Item, caſus à lege definitus planus eſt.*
17 *Summus Pontifex, & non Imperator, eſt ordinarius Iudex omnium.*
18 *Princeps per reſcriptũ, exceptionem dilatoriam tollere poteſt.*
19 *Beneficium Iuris nemini poteſt auferri. Idem nec Imperator poteſt auferre.*
20 *Omnes cauſæ ſunt Ordinariæ.*
21 *Feudorum maſculinorum fœminæ non ſunt capaces.*
22 *Non entis non ſunt qualitates.*
23 *Imperator, cõſtitutus extra limites Imperij cauſam mandare executioni non poteſt.*
24 *Iudex cauſam delegare non poteſt, cuius iuriſdictio ad ſe non ſpectat: & ſi delegat, non valet, & omnia quæ ſequuntur, ſunt de iure nulla.*
25 *Reſcripta contra ius commune, etiam non habentia clauſulam derogatoriã, ſunt ipſo Iure nulla & inualida.*
26 *Imperator præſumitur ſcire facta propria, & omnia Iura habere in ſcrinio pectoris.*
27 *Pacta & Contractus ſunt iuriſgentium: & ideo immutabilia.*
28 *Præſtita fides habet vim iuramenti, & iuramento æquiparatur.*
29 *Cauſa Rei conuenti vltra vnam dietam à finibus Territorij delegari non poteſt. Item, leges non dedignantur ſequi ſacros canones.*
30 *Canon maioris eſt authoritatis quàm conſuetudo.*
31 *Citatus ad locum non tutum poteſt Iudicem delegatum recuſare.*

CONSILIVM SEPTIMVM.

SAluatoris ac Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti auxilio implorato. Viſis compromiſsis, commiſsione cauſæ principalis deſuper facta, ac commiſsione executionis, liquidationis, & declarationis, tandem à Cæſarea Maieſtate emanata, ac ſigillatim ponderatis, ſuper quibus omnibus & ſingulis præſens diſputatio cadet & agitabitur. Prima fronte ex cauſis, iuribus, & rationibus infra deſcriptis, videtur, quòd comes prouincialis N. vigore & compromiſſo commiſsionum prędictarum coram reuerendiſsimis Dominis Cõmiſſarijs, Epiſcopis ac imperij Principibus, in punctis executionis, liquidationis, & declarationis, comparere, & litigare teneatur: ac quòd prædicta omnia & ſingula ipſis Cõmiſſarijs in cauſis executionis, liquidationis, & declarationis, iuriſdictionem tribuant: & quòd magnificentiſsimi Domini Commiſſarij prædictarum cauſarum, executionis, liquidationis, & declarationis ſint competentes Iudices.

Primum, per compromiſſum, inter illuſtrem Principem Dominum Philip. Landgrauium & Comites de B. in nouiſsimo conuentu ſtatuum Imperij VVormatiæ celebrato, initum: in quo inter alia cauetur, quòd prædictæ partes conuenerunt, & ſtipulatis manibus Cæſareæ Maieſtati promiſerunt, iudicata, ac ſententiam,

tentiam, super quæstione compromissi per reuerendissimos Dominos Commissarios latam, præter omne remedium appellationis, reclamationis, supplicationis, vel reductionis firmiter obseruare, ac si iudicatum ac sententiatum esset per ipsum Imperatorem: apposita pœna omissionis iuris totius causæ, cuiuslibet partis: & quod Imperatoria Maiestas quamlibet partium prædictarum compromittentium circa iudicata & sententiata manu tenere, defensare, ac tueri deberet, &c. prout latius in dicto compromisso habetur. Ex quo apparet, quòd dictum compromissum nedum fuerit firmatum stipulatione, sed etiam vallatum pœna. Cùm autem 1. manifesti iuris sit, quòd stipulationes sunt seruandæ, & quòd ex stipulationibus oriantur obligationes, & ex obligationibus actiones, l. licet, §. Ea obligatio. ff. de Procu. Institu. de verb. obligatio. in princi. Et licet huiusmodi stipulatio fuerit in euentum victoriæ alterius partis facta, & ita conditionalis: nihilominus ex ea oritur obligatio, & actio conuentus, & conditio per sententiam diffinitiuam Cõmissariorum sit purificata, & in forma specifica adimpleta. §. Sub conditione, Insti. de verb. obli. l. Non omnis, ff. si cer. pe. vbi est bonus casus: quòd pendente conditione, esset obligatio. Ergo Argumento à contrario sensu: existente conditione seu euentu, oritur obligatio & actio argu. l. Si maritus. ff. fami. Hercis. Similiter compromissa & arbitria, pœnarum appositione vallata, ne pœnæ committantur, sunt obligatoria & seruanda. l. Ex compromisso. ff. de arbi. vbi est bonus tex, quòd arbitramento non seruato agatur ad pœnam, expressè appositam, & si pœna non sit expressum apposita ad interesse. Præterea & si dictum compromissum non esset vallatum pœna apposita, prout est: nihilominus esset obligatorium iure naturali, nihil enim magis congruit naturæ humanæ, quàm placita seruare. l. 1. ff. de pact. Et præcipuè compromissum prædictum est seruandum, cùm 2. ab vtrisque compromittentibus, fide præstita, sit firmatum: quòd vim iuramenti habet, c. Ad aures, quòd met. caus. & c. Peruenit, De fide. & Io. de Pra. in l. mutus, §. Qui non cogitur, ff. de procu. Et quia videtur, quòd Cæsarea Maiestas in dicto compromisso suæ Maiestati executionem sententiæ, per reuerendissimos Dominos Commissarios latæ, per huiusmodi verba compromissi reseruarit. **Darbey wir auch jede parthey vorgenant gnädigklich handhaben vnd schirmen sollen vnd wöllen ꝛc.** Cum huiusmodi verba tam in ius, quàm in factum sonent: & potius in ius, quàm in factum, arg. l. pe. ff. de constituti. princi. vbi tex. inquit: nec verecundiæ, nec dignitati, nec pietati conuenit, quicquam non iure facere. Et ita intelligenda sunt dicta verba, iuris ordine obseruato.

Quare ex præmissis inferri potest, quòd Comes prouincialis N. ad prædicti compromissi obseruationem teneatur, & obligetur, & quod vigore dicti compromissi, & commissionis Cæsareæ subsecutæ coram Dominis Commissarijs, in punctis executionis, liquidationis, & declarationis litigare teneatur, & quòd Domini Commissarij causarum executionis, liquidationis, & declarationis sint competentes Iudices.

Secundo: Domini Commissarij causarum prædictarum, sunt vigore nouissimæ commissionis, à Cæsarea Maiestate emanatæ, competentes Iudices: quia Cæsarea Maiestas ipsa, causam ad suam Maiestatem aduocauit, vt patet in dicto compromisso. Quod Cæsarea Maiestas facere potuit, cùm Imperator sit Dominus mundi. l. Deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. & disputare de potestate Im- 3. peratoris, est committere crimen sacrilegij. l. sacrilegij instar. C. de diuers. rescrip. & prag. sanct. Præterea quia Imperator est fons & origo omnium iurisdictionũ & superioritatum, c. vnico, quæ sunt regalia in vsi. feudo. ibi, potestas constituendarum Magistratuum ad Iustitiam expediendam.

Tertiò: nouissima commissio, quæ cumulat potestatem arbitrariam & ordinariam: quòd licitè fieri potest, cùm circa eundem concurrere possunt, iuxta not. Doct. in c. Cùm ex officij, De præscrip. & ibi firmat Feli. in 8. col. ibi, prima conclusio: tribuit Dominis Commissarijs causarum, executionis, liquidationis

&

& declarationis iurisdictionē: & pśertim per talia verba, ipsi cōmmissioni inserta:
Demnach beuehlen wir euch von Römischer Kayserlicher macht samptlich / daß jr zc. & per sequenrem clausulam infrà scripti tenoris: **Vnd wir als Römischer Kayser / in krafft der verfassung / vnnd sonst auß vnser Kayserlicher macht vnd volkommenheit selbst thūn sollen / künden oder möchten.** Per quæ verba arbitraria, & ordinarij potestates cumulantur, ita, quòd Imperator, vt arbiter, & vt ordinarius, causas commiserit, & quòd, vt arbiter, causas Dominis Commissarijs delegare potuerit, suprà satis superq; ostensum est.

Præterea, quòd Cæsarea Maiestas causas executionis, liquidationis, & de-
clarationis Dominis delegatis, vt Imperator & ordinarius, delegare potuerit, ne-
mo est qui dubitet: cùm Imperator sit fons & origo omnium iurisdictionum. c.
vnicum, quæ sunt regalia. vbi inter alia regalia, quæ principibus imperij ab Im-
peratore, pro tempore existente, gratiosè conceduntur, designatur certum & ma-
ximum regale, potestas constituendorum Magistratuum ad iustitiam admini-
4. strandam. Similiter Imperator est causa causarum. Ideo non est de eius potestate
inquirendum: cum primæ causæ nulla sit causa: Cum illud, quod primum est,
aliud ante se habere non potest. Ita Bal. in c. Cum super, in coll. 1. de causa.
5. posses. & propriè, & magis augificando potestatem Principis, dicit, Quòd Prin-
ceps ex certa scientia super ius, contra ius, & extra ius omnia posit. c. Proposuit,
de concess. præbeñ. & Ecclesiæ non vaca. ibi, qui secundum plenitudinem pote-
statis de iure possumus suprà ius dispensare. Quare Imperator rotunda quadra-
tis, & è contra quadrata rotundis comparare potest, & nemini de iure licet Impe-
ratori dicere, cur ita facis? cùm ipse sit solutus legibus. l. Princeps, ff. de LL. &
6. Dominus mundi. l. Deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Similiter disputare, an
Imperator aliquid posit vel non, est committere crimen sacrilegij. l. Sacrilegij in-
star. C. de diuersis rescrip. & prag. sanctio. & ibi Bar. Bal. & Iason, ac cæteri in-
terpretes ciuilis prudentiæ.

7. Insuper, quòd Imperator per rescriptum Exceptionis, declinatorias tollere
posit, habemus bonum tex. in l. Quoties, C. de precibus Impera. offeren. tex.
Quoties rescripto nostro moratoria præscriptio remittitur, aditus supplicandi
pandatur &c.

8. Similiter, quòd causam, vt in ea simpliciter de plano, sine strepitu & figura
iudicij, procederetur, delegare posit, quotidiana experientia (quæ est rerum ma-
gistra) docet: & firmant Docto. in l. Rescripta, C. de precib. Impera. offer. Glosa
est reputata singularis in c. fi. de hære. li. Verisimilis glo. in verbo mandamus, in
Cle. sæpè, De verb. sig. & in Cle. Eius enim tollere, cuius est condere: rescribit
enim cum clausula non obstante, quæ tollit iura contraria & aduersantia. Tex.
est in l. Si quis, in principio. ff. de lega. 3. Glo. est ordinaria in l. finali. C. si con-
tra ius, vel vti. publicam, quæ communiter approbatur. Et vt vno verbo rem
ipsam explicem: quicquid Principi placuit, legis vigorem habet. l. 1. ff. de con-
stitu. Principum, ibi, Quodcumque igitur Imperator per epistolam & subscri-
9. ptionem statuit &c. Iura autem & leges nouissimæ tollunt priores contrarias,
etiamsi in ipsis de prioribus legib. expressa mentio non fiat, c. 1. de consti. li. 6.
Quare nouissima delegatio causarum, executionis, liquidationis & declarationis
Cæsareæ Maiestatis, habens vim legis posterioris, l. Prolatam, C. de senten. &
interlocut. om. Iudi. & alijs Iuribus, requirentibus ordinarium processum dero-
gauit.

10. Præterea Cæsarea Maiestas prædictas causas executionis, liquidationis, &
declarationis, remedijs appellationum, reclamationum, & supplicationum subla-
tis, committere potuit, c. Pastoralis. §. Præterea. & §. Cùm autem, de officio &
potest. Iudicis delega. Docto. in l. Rescripta. C. de preci. Impera. offeren. vbi cō-
11. clusiuè firmant, quòd nemò præter Principem posit rescribere contra Iura. l. Ne-
mo. ff. de lega. 1. Et ꝙ sit speciale reseruatū Principi delegare causas, appellatione

remota,

remota &, maximè, quando Princeps rescribit ac delegat causas ex plenitudine potestatis Imperatoriæ, quod Cæsarea Maiestas per nouissimam commissionem fecisse videtur, delegauit enim causas prædictas ex plenitudine potestatis Cæsareæ Maiestatis, per talia verba inserta commissioni. **Vnd wir als Römischer Kayser in krafft der gemelte verfassung/ vnd sonst auß vnser Kayserlichen macht vnnd volkommenheyt selbst thün solten / köndten oder möchten ꝛc.** Quæ clausula plenitudinis potestatis habet vim aliarum clausularum: quia apparet, quòd Princeps vult disponere supra Ius: & ideo æquipollet alijs clausulis consuetis inseri rescrip. Imperialibus.

Accedit insuper, quòd ordinarius sententias arbitrorum & iudicum delegatorum de iure exequitur, ac mandat executioni. l. Labeo. §. Tametsi. & l. Quid tamen. §. fin. ff. de arbi. vbi arbiter non potest cognoscere de pœna: sed ordinarius, qui habet Imperium in ipsos compromittentes, cum metu pœnarum arbitramento pareatur, & pœna inprimis conuentionali coram ordinario sit petenda. l. si. ff. de Præto. stipula. c. Romana, de foro compe. lib. 6. c. Significasti, De officijs & potestate iudi. deleg. l. A diuo Pio. ff. de re iudi. in princi. Tex. A diuo Pio rescriptum est Magistratibus populi Romani, vt iudicum à se datorum vel arbitrorum sententiam exequantur ij, qui eos dederunt: etiamsi sententia iudicum delegatorum sit iniusta. c. Pastoralis. §. Quia verò, De offi. & potestate iudi. delega. Cùm autem per præmissa liquidò constet, quòd Imperator causas executionis, liquidationis, & declarationis, appellatione, reclamatione, & supplicatione sublatis, & vt in eisdem causis summariè de plano sine strepitu & figura iudicij, de plenitudine Cæsareæ potestatis procederetur, delegare potuerit, & Imperator ordinarius sit ambarum partium compromittentium. l. Deprecatio, ff. ad l. Rhodiam, de iactu: cùm omnis potestas imperandi & prohibendi lege Regia translata sit in ipsum Imperatorem. l. 1. ff. de constitu. Princip. Sequitur, quòd Cæsarea Maiestas causas executionis, liquidationis, & declarationis Dominis Commissarijs per nouissimam commissionem tanquam ordinarius, iure delegauerit, & quòd dicta cõmmissio sit valida, ac Dominis Commissarijs iurisdictionem tribuat: ita, quod in causis, & inter partes prædictas, virtute nouissimæ commissionis, procedere possint & valeant. 12.

Prædictis tamen fundamentis, & rationibus non obstantibus contrarium per iura & Rationes infra scriptas (vt ad oculum ponderantibus patebit) de iure est verum.

Et inprimis Cæsarea Maiestas, virtute compromissi, VVormaciæ celebrati, causas executionis, liquidationis, & declarationis delegare non potuit: cùm manifesti iuris sit, quòd compromissa sint stricti iuris, ac quòd strictè, & ad literas compromissorum intelligi debeant. l. Non distinguemus. §. si. ff. de arbitris. l. Si cum dies. §. plenum. ff. eo. tit. c. cum dilectus, Extra, de arbitris, ibi, cùm arbitri iudicare non valeant, nisi de his tantũ, super quibus in eos extitit compromissũ. Glo. ordinaria fi. dicti c. cum dilectus: ad quam quotidiè in materia arbitrorum recurritur, & inter partes compromittentes duntaxat ratione huius dubij (vtrum Elisabetha Comitissa in B. actrix, quondam piæ memoriæ Gulielmi, cognominati iunior, Landgrauij in N. vxor, de cuius hæreditate agitur, fuerit hæres vel non) cõpromissum fuit, & nihil vlterius in compromisso de executione, liquidatione, & declaratione actum, vt ex compromisso facilè deprehenditur, ibi: **irrung vnnd gespänn gehalten. Darumb anfänctlich vorgedacht Landgrauen Wilhelms neun Räthen ꝛc.** Cum actrix instituerit petitionem hæreditatis, vt ex libello per eũ exhibito, deprehenditur. Quare sequitur, quod ratione causarũ executionis, liquidationis, & declarationis, de quibus ad præsens agitur, in Cæsaream Maiestatẽ non sit cõpromissum: & quòd dictæ causæ secundum dispositionem iuris communis, & ordinationem sacri Imperij, sint iustificandæ. De quo est bonus tex. in l. Si cum dies. §. Plenum, ibi, Licet plenum compromissum actum sit: tamen & 13.

cæteris causis actionem superesse. Id enim venit in compromissum, de quo actum est, vt veniret, vbi non expressa remanent circa dispositionem Iuris communis.

14. Secundò: Quia Iure cautum est, quòd arbitri duntaxat de præsentibus litibus, de & super quibus in eos compromissum est, & non futuris, aut ex eis descendentibus cognoscere, & pronunciare possint. l. de his rebus & controuersijs. ff. de arbi. tex. Et rationibus arbiter iudicare potest, quæ ab initio fuissent inter eos, qui compromiserint, non quæ postea superuenerint. l. Si ita. ff. de auro & argento lega. Cùm autem de prædictis causis executionis, liquidationis, & declarationis, commissioni Cæsareæ insertis, in compromisso nec actum nec cogitatum, cùm in rerum natura eo tempore in dicto compromisso non comprehenduntur. l. Non distinguemus. §. de officio arbitri. l. Si cùm dies, §. Plenum. c. Cùm dilectus, De arbi. Dicit enim tex. de offi. arbitri tractantibus: sciendum est omnem tractatum ex ipso compromisso summendum esse, nec enim aliud illi licebit, quàm quod ibi, vt efficere possit, cautum est.

Tertiò: Posito, quòd in compromisso cautum fuisset de causis executionis, liquidationis, & declarationis, nouissimæ commissioni incorporatis: nihilominus prædictum compromissum per sententiam diffinitiuam Dominorum Cōmissariorum in causa principali latam, expirasset & cecidisset. l. Dicere. ff. de arbi. ibi. Cæterum si condemnauit vel absoluit, dum arbiter esse desierit mutare sententiam non posse. Et hoc maximè ex causa sequenti.

Quartò: Etsi in Cæsaream Maiestatem de causis, commissioni insertis, compromissum fuisset (quod tamen actum non est, vt compromissum inspicientibus claro clarius patebit) nihilominus huiusmodi cōpromissum expirasset, & lapsum esset: cùm huiusmodi causæ, in tempore in compromisso expresso, per arbitramentum compromissariorum Iudicum non fuissent determinatæ & finitæ. l. Non incidit. ff. de arbi. l. 1. C. de arbi.

15. Quintò: Iure irrefragabili promissum est, quòd Iudices arbitrarij tempus, in compromisso expressum, præter consensum compromittentium, nisi id expressè in compromisso caueatur, prorogare seu prolongare non possint, l. Non ex omnibus. §. si. ff. de arbi. Cùm autem in compromisso non reperiatur, quòd Imperatori sit data facultas prorogandi tempus, in compromisso expressum, nec partes consentiant prorogationi, per Cæsaream Maiestatem assumptæ: non potest Cæsarea Maiestas vt arbiter prorogare tempus, in compromisso expressum. Et ideo per lapsum biennij, in compromisso designati, totum compromissum expirauit.

Sextò: non obstat clausula, in compromisso posita, videlicet, **Vnd was also rechtlich erkant vnd gesprochen wirdet/ dem ohn weitter wegerung/ appelliren/ vnd supplicieren volziehung zuthůn.** Cum huiusmodi clausula, nec alia, in compromisso contenta, contineat causas executionis, liquidationis, & declarationis. nouissimę commissioni insertas, Cæsareæ Maiestati esse reseruatas. Et posito, quod Cæsarea Maiestas suæ Maiestati executionem sententiæ, per Dominos Commissarios latæ, reseruasset: nihilominus, vigore dictæ reseruationis, sententiam, per Commissarios latam, executioni mandare non posset: cùm dicta sententia talis naturæ sit, quòd non possit exequi, nec exequibilis: cùm omnia bona, seu maxima pars bonorum per defunctum Landgrauium derelictorum, de cuius hæreditate agitur, vel feuda sint, vel talis naturæ, quòd fœminæ aut Iure communi, aut consuetudinario non sint eorum capaces, nec in eis succedere possint. Ad quod ostendendū & iustificandum nouæ instantiæ corā ordinarijs locorum prosequendæ requiruntur.

Septimò: non obstat dicta clausula, compromisso inserta, **Darbey wir auch jede vorgenante parthey gnedigklich handhaben vnd schirmen sollen ꝛc.** Cùm ista clausula intelligatur in quantum de Iure. Sed prædicta sententia non est exequibilis,

quibilis, vt suprà deductum est. Similiter ista clausula non reseruat vel executionem, vel liquidationem, sed sonat in factum: quia ista verba merum factum significant, igitur non aliter intelligenda, l. nec aliter. ff. de lega. j.

Octauò: posito, quòd Imperatoria Maiestas suæ Maiestati in compromisso executionem sententiæ, per Dominos Commissarios latæ, reseruasset, prout in dicto compromisso minimè continetur: nihilominus executionem, liquidationem & declarationem sententiæ, per Dominos Commissarios latæ, alijs delegare non posset: sed sua Maiestas per se ipsam sententiam exequi, liquidare, & declarare teneretur. cùm in dicto compromisso, quod Cæsarea Maiestas executionem, liquidationem & declarationem sententię alijs delegare posset aut deberet, non caueatur: & compromissa stricti iuris sint, ita, quòd duntaxat in eis veniant & comprehendantur ea, de quibus sigillatim actum est. l. non distinguemus, §. de offici. l. si cùm dies. §. plenum. ff. de arbitro. c. cùm dilectus, & ibi glo. fi. de arbi. quod arbiter causas alijs delegare non possit. Ideo vlterius non est dubitandum seu quærendum, cùm casus à lege diffinitus sit planus, l. ancilla, ff. de furt. 16.

Nonò: non obstant iura & rationes, suprà in initio pro parte aduersa allegatæ: cùm sententiæ, per Dominos Commissarios latæ, per Comitem prouincialem, in quantum de iure tenetur, paritum sit, vt acta docent. Sed impugnatur compromissum, quòd Cæsarea Maiestas, virtute eiusdem compromissi, causam executionis, & declarationis sententiæ, per Dominos Commissarios latæ, vt arbiter delegare non posset.

Concludò igitur per causas, iura, & rationes prædictas, Cæsaream Maiestatem, vt arbitrum compromissarium, virtute compromissi, causas executionis, liquidationis, & declarationis sententiæ, per Dominos Commissarios latæ, delegare non potuisse, nec posse, & quòd huiusmodi delegatio ab Imperatore, vigore compromissi, tanquam ab arbitro compromissario, in dictis causis executionis, liquidationis, & declarationis &c. facta, ipso iure sit nulla & inualida, & quòd ipsis Dominis Commissarijs nullam tribuat iurisdictionem.

Decimò: non obstant ea, quæ suprà de aduocatione deducta sunt: cùm nusquam ex compromisso, quòd Cæsarea Maiestas ad suam Maiestatem causam aduocauerit, imò contrarium appareat, per sequentia verba, compromisso inserta, Vnnd an den bayden partheyen souil erlangt / daß sie sich zů bayderseyts inn nachfolgenden außtrag vnnd Rechtfertigung frey bewilligt etc. cùm aduocationes, inuita altera parte, contra quam impetrantur, fiant. Et si causa aduocata fuisset: huiusmodi aduocatio per sequens cōpromissum sublata fuisset. Similiter iste terminus (aduocare) non est iuridicus, nec apud Iureconsultos vsitatus: sed terminus curialis Romanæ practicæ: quia summus Pontifex est ordinarius omnium. 9. q. 3. hortamur: non autem Imperator, ad quem gradatim appellatur de iure ciuili. Quare iste terminus non est multum vsitatus apud seculares inter Teutones. Et posito, quòd Imperatoria Maiestas causam ad suam Maiestatem à iudicio Cameræ aduocare præsumpsisset, ordinationes sacri Romani Imperij per Imperatores, Principes Electores, & status Imperij pro tempore existentes, constitutæ, & fide præstita firmatæ, quæ vim iuramenti habet, prohibuisset, in titulis, Daß dem Cammergericht / sein freyer gestracker lauff gelassen werde. Quæ ordinationes subnixæ clausulis irritantibus vnà cum Bulla aurea, ac consuetudine tanto tempore, de cuius initio memoria hominum nō est, in contrarium in terris Teutonum sub Imperio constitutum introducta, vetustam potestatem Imperatoris, lege Regia in Cæsarem translatam, moderant & minuunt, vt vberius infrà deducetur. Præterea non est vlterius huic quæstioni insistendum, cùm ordinationes Imperij, tanquam nouissimum ius, derogans iuribus contrarijs, huiusmodi quæstionem dirimat, quòd Imperatoria Maiestas causas iudicij Cameræ aduocare non debeat. 17.

Concludo igitur, quòd Imperatoria Maiestas, tanquam Imperator, causam principalem ad suam Maiestatem per viam aduocationis non aduocauerit, & quòd, si aduocare præsumpsisset, non potuisset, & quòd delegatio causarum executionis, liquidationis & declarationis, nouissimæ commissioni insertas, facta sit de iure nulla.

Vndecimò: Quòd Imperator vt ordinarius, causas executionis, liquidationis & declarationis, nouissimæ commissioni insertas, Dominis Commissarijs de-
18. legare non potuerit, ex infrà deducendis indubiè apparebit. Et licet Princeps per rescriptum, exceptionem dilatoriam tollere possit. l. quoties. C. de preci. Impera. offe. intelligitur illud cum granosalis, de exceptionibus minus rationabilibus, nō autem de rationabilibus, & de iustitia & iure competentibus: quia non est verisimile, quòd Princeps velit tollere Ius alterius, ac iuris obseruantiam, l. si quando.
19. C. de inofficios. testa. Cùm beneficium iuris nemini sit auferendum, c. indultum, de reg. iur. li. 6. tex. in c. ex parte, de officio & potestate Iudicis delegati. vbi est bonus tex. Quòd summus Pontifex nunquam concessit rescriptum, per quod exceptiones, reo competentes, sustulisset. Ergo non est verisimile, quòd Cæsarea Maiestas exceptiones rationabiles per rescripta sua tollere velit.

Præterea, quamuis etiam Imperator sit causa, fons, & origo omnium iurisdictionum, Dominus mundi, & pater legum: nihilominus rescripta, per suam Maiestatem contra Ius commune cōcessa, præsertim quando rescriptis inseruitur, clausula non obstante, aut ex certa scientia (sicuti in proposito) præsumuntur surreptitia & abreptitia. Quia non verisimile, quòd Imperator legem diu excogitatam & obseruatam vnico verbo tollere velit. l. si quando, C. de inoffi. test. l. ita Vlpia.
20. §. vltimo. ff. de excusa. tuto. Cùm autem de iure communi omnes causæ sint ordinariæ. l. iudices. C. de iudi. & inprimis causa præsentis quæstionis, cùm sit inter arduissimas Imperij causas, & in rescripto non sit inserta, clausula non obstante, aut quæuis alia equipollens. Sequitur, quòd nouissima cōmissio Dominis iudicibus delegatis, vt in causis executionis, liquidationis, et declarationis de plano &c. ac remedijs appellationum & supplicationum sublatis, procedere possint, nullam tribuant iurisdictionem; vt ad oculum ex sequentibus apparebit.

Insuper licet verum sit, quòd sententias arbitrorum & iudicum delegatorum ordinarius exequi possit. l. à diuo Pio. ff. de re iudi. nihilominus Imperator sententiam Dominorum Commissariorum executioni mandare, vel eius executionem alijs delegare non potest: cùm sententia, per Dominos Commissarios lata, sit talis naturæ, quòd exequi non possit, vt suprà latissimè deductum est. quia per
21. huiusmodi sententiam, Comiti prouinciali feuda masculina, & bona, quorum fœminæ non sunt capaces, qualia omnia sunt ferè bona, per defunctum possessa, sunt reseruata. Et vt illud sciatur, noua instantia & nouæ causæ requiruntur. l. iud. C. de iudi. Quomodo enim dicta sententia potest mandari executioni, cùm non sit
22. exequibilis? Non entis enim non sunt qualitates. c. ad soluendum, de desponsa. impube. l. naui & sub conditione, ff. de iniusto, rupto & irrito testamento. argu. ff. de ædil. edicto. l. bouem. §. vlti.

23. Et posito, quòd dicta sententia esset talis naturæ, quòd posset mandari executioni: non posset tamen Imperator constitutus extra limites Imperij eandem mandare executioni, l. si. ff. de iurisdict. om. iudi. vel Dominos Commissarios compellere, vt eandem exequerentur. extra Territorium enim Ius dicenti impunè non paretur.

24. Similiter Iudex non potest delegare causam, cuius iurisdictio ad se non spectat. l. vnica. C. qui pro sua iurisdic. iudi. dare dariúe posset. etsi delegat causam, quæ ad suam iurisdictionem non pertinet, delegatio non valet, & est ipso iure nulla, & omnia quæ sequuntur, l. 4. §. si. de offi. proconsu. & lega. Priuatio enim præsupponit habitū. l. si decem. ff. de verbo. obliga. Sed Imperatoria Maiestas omnem iuris-

iurisdictionem, quam vt Imperator habet, à se abdicauit, & transtulit ad regimen Imperiale: vt clarè habetur in constitutione regiminis Imperialis fol. 4. vers. incipiente: Dieweyl wir rc. Ideo nouissima commissio, tanquam facta ab eo, qui causarum delegatorum iurisdictionem non habet, est nulla, & de iure inualida.

Præterea rescripta contra ius commune, etiam non habentia clausulam derogatoriam, impetrata, sunt ipso iure nulla, & inualida. l. quoties. C. de precib. Impera. offerre. l. nec damnosa. & l. nec rescripta. C. eodem titulo. l. si. C. si contra ius vel vtili. pub. l. iubemus. C. de sacro sanct. eccle. Ita pro regula præsupponit Io. Andr. Pet. de Ancho. & Doct. in c. vnico, de exces. præla. in 6. & Abb. in c. nonnulli, de rescriptis. Feli. eo. c. in 9. col. ibi, secunda regu. & est de hac glo. ordinaria in c. 1. in verbo nascatur, de constitu. in 6. Quæ expresse tenet, quòd huiusmodi rescripta prima fronte per importunitatem impetrata præsumuntur: vnde secundum rescriptum expectari debeat. Firmat Bar. in l. 1. C. de peti. bo. subla. li. 10. Cùm autem nouissima commissio impetrata sit contra ius commune, quòd in omnibus caussis ordinariè procedetur, Reo dantes exceptiones rationabiles appellationis, & quòd Reus debeat conueniri coram Iudice suo ordinario, & quòd Princeps debeat habere duas instantias, & in ea clausulæ sequentes aut æquipollentes (non obstante, aut ex certa scientia) non sint insertæ. Sequitur, quòd nouissima commissio sit nulla. 25.

Et posito, quòd præcedentes clausulæ (non obstante, vel ex certa scientia) commissioni nouissimæ essent insertæ: nihilominus huiusmodi clausulæ generales non suffecissent. Quia iure communi cauetur, & est communis opinio omnium Doctorum, quòd rescripta impetrata cōtra ius commune siue ciuile siue Canonicum, habentia clausulam derogatoriam, non valeant, nisi faciunt mentionem specialem de illis iuribus, aut per verba æquipollentia. c. eam te. de æta. & qualitate ordina. c. si. de rescrip. li. 6. l. 1. C. si nuptiæ ex rescrip. peten. c. 1. de excessi. præla. in 6. Abbas in c. nonnulli. & ibi Fel. in 3. col. versi. regula prima. Ioan. Andr. & Doct. in l. 4. in principio. Cùm autem Imperator omnem iurisdictionem, quam vt Imperator habet, à se abdicauerit, & ad regimen & iudicium Imperiale transtulerit: similiter nouissimis constitutionibus & ordinationibus regiminis & iudicij Cameræ Imperialis, VVormatiæ factis & constitutis, prouiderit & ordinauerit, quomodo Principes Imperij debeant vocari in ius, & in primis in rubro, incipiente, Rechtlich fürnemmen / vnnd außtrag der Staten vnnd Ritterschafft gegen Churfürsten vnnd Fürsten / ic. ibi, Zum vierten. Vbi expressè disponitur, quòd Commissarij cōtra Principes à Vicario Imperatoris, & Regimine Imperiali, tempore, quo Imperator est extra limites Imperij, impetrari debeant. Item in constitutione Regiminis Imperialis claro clarius prouisum est, quòd Imperatoria Maiestas omnem iurisdictionem transtulit in Regimen Imperiale, & Iudicium Cameræ, folio 4. versiculo incipiente, Vnnd dieweyl wir. Et quia articulus iste ad præsentem quæstionem multū facit, eundem inserere statui: Vnd dieweyl wir obgedachten vnsern Statthaltern vnd Regiment vor vnnd nachgemelter massen befolhen / vnnd Commißion geben haben / damit dann jr handlung dester mehr krafft vnnd macht haben / vnd nichts dagegen außgehen möge (quod est expressè notandum) setzen / ordnen vnd wöllen wir / dz die händel vnd sachen in diser Commißion begriffen / Nemlich alle vnnd jede vnsers / als eins Römischen Kaysers sachen / recht / frid / vnd jhr bayder volziehung vnd handhabung / auch anfechtern des Reichs / vnnd was an dem friden / Rechten vnd jrer handhabung / vnd dem widerstand obgemelt hangt / oder darzů dienstlich ankomen / an keinem andern ende / dann bey obgerürten Statthaltern vnnd Regiment gehandlet / auch notturfftige briefe inn der besten vnnd bestendigsten form vnder vnserm Kay. Titel vnnd Sigel auff

form vnd maß/ꝛc. Vnd setzen/ wöllen vnd ordnen/ auch darauff menigklich befelhend / daß in den obgemelten sachen von vnsert wegen / oder in vnserm Namen nichts anderst gehandelt/ fürgenom̃en oder verfertigt werde. Vnd wo darüber etwas gehandelt/gerathschlagt/ fürgenommen oder verfertiget wurde/solchs alles soll krafftloß vnd vnbündig sein/vnd dem kain volg gegeben werden. Quæ constitutiones & ordinationes non solùm habent clausulam derogatoriam: sed etiam clausulas irritationis, & annullationis. Et quia nouissimę commissioni non est inserta clausula (non obstante) quæ expressam mentionem aut æquipollentem de dictis constitutionibus & iuri communi faciat, de iure ista commissio est inualida & nulla, per iura suprà allegata.

Non obstat clausula plenitudinis Imperatorię Maiestatis, cõmissioni inserta. Vnd wir als Römischer Kayser in krafft der obgemelten verfassung / vnnd sunst auß vnser Kaiserlichen macht/vñ volkom̃enheit selbst thůn solte / könden vnd möchten. Quia ista clausula, quo ad cõmissionem, nõ est inserta, quòd cõmissio esset facta ex plenitudine potestatis Imperatoriæ ipsis Dominis Commissarijs: sed duntaxat quòd Commissarij de plenitudine potestatis Imperatoriæ in causis procederent. Et posito, quòd commissio esset facta cum clausula plenitudinis potestatis Imperatoriæ, & huiusmodi clausula haberet vim clausulæ (ex certa scientia) nihilominus huiusmodi commissio esset nulla: quia facta contra iura, habentia clausulam derogatoriam, vt suprà deductum est. Quare requiritur, quòd in commissione de eis expressa mentio, aut æquipollens fiat, quòd ista clausula plenitudine potestatis non operatur.

16. Similiter non obstat, quòd nouissimæ constitutiones Regiminis, & Cameræ Imperialis, VVormatiæ ordinatæ, sint facta propria Imperatoris, & quòd quilibet præsumatur scire facta propria. l. si. ff. pro suo: & quia Imperator contra easdem rescripserit, quòd resumpserit ex certa scientia: & quia licet Imperator præsumatur omnia iura habere in scrinio pectoris sui. l. enim. C. de testa. Nihilominus tamen Princeps, si rescribit, non derogat iuribus contrarijs, nisi dicat in rescripto, non obstantibus iuribus in cõtrarium facientibus, vt suprà ad longum deductum est. Quia testator præsumitur omnia sua facta scire. d. l. si. ff. pro suo. Vbi tamen prima voluntas testatoris est derogatoria, non potest eam tollere per secundam: nisi expressam faciat mentionem de prima. l. si quis, in prin. ff. de lega. 3. Imperator enim non præsumitur vnico verbo legem diu excogitatam velle tollere. l. si quando. C. de inoffici. test.

Insuper etsi Imperator in dicta commissione specialiter, vel per verba æquipollentia iuribus & constitutionibus, habentibus clausulam derogatoriam, vel certam formam impetrandorum rescriptorum, derogasset: nihilominus cõmissio, per suam Maiestatem impetrata & decreta, fuisset nulla: cûm Imperatoria Maiestas, per viam & in modum pactorũ, suam Maiestatem Principibus Electoribus, Principibus & statibus Imperij nullum rescriptum contra Ius commune, vel constitutiones, ordinationes, tam factas, quàm fiendas, concessurum obligauerit, vt in constitutione regiminis Imperialis in nouissimo conuentu statuum Imperij, VVormatiæ facta, folio 4. ibi, Vnd dieweil wir obgedachten vnsern/ꝛc. in fine, versiculo, Vnd setzen/wöllen vnd ordnen/auch darauff menigklich befelhend/ daß in den obgemelten sachen von vnsert wegen / in vnserm Namen nichts anderst gehandelt/gerathschlagt/fürgenommen oder gefertigt werde. Vnd wa etwas darüber gehandelt / gerathschlagt / fürgenom̃en / oder verfertigt wurde/ sollichs alles soll krafftloß vnd vnbündig sein/vnd dem kain volg gegeben werden. In constitutione Cameræ Imperialis, in titulo, Ein jeden bey ordenlichem Gericht bleyben zulassen. Quod intelligendum est etiam de iure communi. Similiter in articulis, Aquisgrano ante coronationem promissis, ibi, Wir Carl bekennen offentlich/ versiculo, Wir sollen. & versiculo, wir wöllen

auch in diser zůsagung die Gulden Bull/ des Reichs ordnung vnd gesatzten/ so gemacht/oder künfftigklich/durch mitrede jrer d Churfürsten vñ Fürsten auch anderer Stånden des heiligen Reichs Rath möchten auffgericht werden / hinwider kein rescript / mandat/ oder ichts anders beschwerlichs / vnuerhörten sachen aussen gelassen/ oder zugeschehen gestatten/ ob ainige weiß oder wege. Ob aber/ ꝛc. cum clausula irritationis, annullationis, & collationis omnium contrà imperatorum & mandatorum. Ex quo apparet, quòd omnia iura Ciuilia & Canonica habeant clausulam derogatoriam ad rescripta. Et quia Imperatoria Maiestas, per viam contractus & pactorum, suam Maiestatem obligarit, tenetur, & obligatur ad obsequutionem contractuum & pactorum, & ab illis, licet solutus sit legibus, discedere non potest; cùm pacta & contractus sint iurisgentium, ex hoc, ff. de iusti. & iure. Iura autem gentium sunt immutabilia, Insti. de iure natu. gen. & ciuil. §. sed naturalia. Firmat Bar. post Cy. & alios Doctó. in l. digna vox. C. de l l. Quare sequitur, ꝙ commissio contra dicta pacta & contractus, tanquam iure obstante impetrata, sit nulla & inualida. 27.

Et vt omnino constet, quòd nouissima commissio sit nulla, & de iure inualida, ex sequentibus apparet. Manifesti enim iuris est, quòd rescripta, impetrata contra statuta, pacta, seu constitutiones iuratas, sint nulla, glo. est reputata singularis in c. non deceat, in glo. fina. de electi. Firmat Inno. post Panor. in c. 1. de his, quæ fiunt à maiori par. Capi. Quia non est verisimile, quòd aliquis velit venire contra iuramentum suum, & fidem præstitam. Iason in l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. Cùm autem fides præstita iuramento æquiparetur, & vim iuramenti habeat, c. ad aures, quod met. caus. c. peruenit, de fideiusso. Tenet Iason de Pra. in l. mutus, §. qui non cogitur. ff. de procu. Et Imperator per Imperatoriam Maiestatem & magnificentiã, & per verba eiusdem, principibus Imperij, iura, constitutiones Imperij inuiolabiliter obseruare promiserit, in ordinatione recessus nouissimi cõuentus VVormatiensis folio 5. in fine, versic. Solches alles vnd jedes/ so obgeschriben steht/vnd was Kayser Carl antwurt/gereden vñ versprechen wir bey vnsern Kayserlichẽ würden vñ worten/vest/vnuerbrüchlich zuhalten/ꝛc. Quæ verba habent vim præstitæ fidei, & per consequens, iuramenti. Et è contra Princeps, & status Imperij, in versiculo sequenti, incipiente: Vnnd wir Churfürsten, promiserunt fide præstita, iura & cõstitutiones Imperij inuiolabiliter obseruare. Quare cõmodè etiam, quoad Imperatorẽ, intelligendũ est, ne contractus & pacta inter Imperatorem, & Principes electores, Principes status Imperij celebrati, claudicarent. Similiter illud idem expresius cauetur in constitutione Regiminis Imperialis, VVormatiæ in nouissima dieta imperiali ordinata, folio penultimo ibi, Sollichs Regiments/ wie das von Artickln zů Artickln ꝛc. & versiculo sequenti: vñ wir die hernach geschribẽ Churfürsten/Prelaten/ Grauen ꝛc. Quare de iure infertur, quòd vltima commissio, vel contra ius commune, vel ius constitutionis concessa, sit ipso iure nulla & inualida. 28.

Concludo igitur per Iura, causas, & rationes suprà allegatas, quòd Imperatoria Maiestas, vt Imperator, nouissimam commissionem de iure concedere non potuerit, et quòd dicta commissio tanꝙ surreptitia & obreptitia per expressionem falsi, & taciturnitatem veri impetrata, sit ipso iure nulla: ac quòd Dominis Commissarijs, in causis executionis, liquidationis, & declarationis nullam tribuat iurisdictionem.

Etsi apud neminem mediocris intellectus in dubium reuocari possit, quòd nouissima cõmissio de iure sit nulla, cùm claro clarius ex præmissis pateat: nihilominus tamen posito, quòd Imperatoria Maiestas eandem facere potuisset, ex causis infrà scriptis, Domini Commissarij, vigore eiusdem, in loco designato procedere non possent: cùm iure cautum, quòd causæ vltra vnam dietam à finibus Diœcesis aut Territorij rei conuenti delegari aut committi non possunt. c. statutum. §. 29.

cùm autem, de rescrip. li. 6. DD. Canonistæ in c. nonnulli, de rescrip. Similiter iure caueatur, quòd leges non dedignantur sequi sacros Canones, in autent. vt clerici apud proprios Episcopos, ad finem, col. 6. & in auten. de ecclesiæ tit. in prin. col. 9. 2. q. 3. §. tunc colligitur. Facit theorica, quæ communiter à Docto. approbatur, in c. 1. de no. ope. nuncia. Quòd vbicunque aliquis casus à Canone deciditur, & iuri ciuili contrarium non disponatur, quòd Canon etiam sit seruandus in foro seculari. Nam deficiente lege recurritur ad consuetudinem, vel similia, vt in l. non possunt. ff. de ll. Fortius debet recurri ad Canones, ex quo per
30. eos ille casus est decisus: cùm Canon sit maioris autoritatis, quàm consuetudo. argu. à simili. 11. distinc. quis nesciat. Casus est in c. de no. ope. nunc. ibi, quia verò. Sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari: ita sacrorum statuta Canonum Principum constitutionibus adiuuantur. Et ibi Abb. nu. 6. ibi, si verò sumus extra hos casus. Cy. in l. fi. C. si contra ius vel vtilita. pub. in fi. & iure Ciui. contrarium dispositum nõ reperiatur, nec consuetudo contraria, per aduersarios allegata, probata: standum est dispositioni iuris Canonici. Quia autem dictum ius Canonicum clausulam irritationis, annullationis, et derogatoriam habet, vt dicto c. nonnulli, in fine: & Imperatoria Maiestas huiusmodi iuribus in nouissima cõmissione expressè vel æquipollenter non derogauerit, vt ipsa commissio, si benè ponderatur, præ se fert. Sequitur, quòd dicta cõmissio ipsis Commissarijs nullam tribuat iurisdictionem.

Nouissimè posito, quòd dictam commissionem Cæsarea Maiestas facere potuisset, & expressè, vel per verba æquipollentia, contrarijs iuribus per clausulas consuetas derogasset: nihilominus Comes prouincialis, vigore dictæ commissionis in loco designato, tanquam non tuto comparere & litigare non tenetur: cùm nemo in loco non tuto comparere & litigare teneatur, siue iste locus non tutus sit
31. propter inimicitias seculares, siue communes inimicitias patriæ suæ. & potest citatus ad locum non tutum iudicem delegatum recusare, c. cum R. Cano. de offi. & potestate Iudicis delegati. & ibi Abb. in 1. notabili. Feli. in c. cùm ordinem, in princi. de rescrip. & in c. olim, de excep. plenè per Oldra. consil. 42. textus est in l. Fulcinius. §. quid si autem. ff. qui. ex cau. in poss. ea. & in c. ex parte tua, de appell. Quare vlterius non est insistendum. l. ancilla, ff. de furtis. Cùm autem notorium sit, ita, quòd nulla probatio vlterius requiratur, quòd Comes prouincialis habeat publicas inimicitias, ita, quòd sui tum aduocati, tum procuratores in loco cõmissionis tutò comparere non possint. Sequitur, quòd in omnem causam & euentum Landgrauius, vigore nouissimæ commissionis, in loco designato, coram Dominis Commissarijs comparere & litigare non teneatur vel obligetur.

Cùm autem per præmissa indubitanter pateat, quòd nouissima commissio, per expressionem falsi, & oppressionẽ veri, quę veritas, si fuisset expressa, vel falsitas omissa, commissio minimè concessa fuisset, surreptitiè & obreptitiè sit impetrata: & mendax precibus impetratis carere debeat, ac eadem ratio delegatum, quę delegantem moueret, mouere debeat, c. super literis, de rescrip. Concludo, quòd etsi Imperatoria Maiestas supradictam commissionem concedere potuisset, & iuribus cõtrarijs, habentibus clausulam derogatoriam, specialiter vel æquippollenter derogasset, & etiamsi derogare potuisset, sicut non potuit propter vim contractus: quòd nihilominus vigore dictæ cõmissionis, coram Dominis Commissarijs Princeps siue Landgrauius conuentus, vel per se, vel per suos in loco designato comparere & litigare non teneretur.

FINIS.

